tie. Unde dicit ibidez glosa. debeo semp accipere. i. debeo semp me pstare seu preparare habilē et dignū ad accipiēdum. Sic etiam intelligendū est illud Ambrosij. quod ponitur de cōse. dist. ij. non iste. vbi dicit. Accipe quotidie tibi illud quod quotidie tibi psit. et sic viue vt q̄tidie merearis accipe. vbi glosa exponit Accipe q̄tidie. i. ppa te quotidie habilē ad recipiendū. Et ex his patet q xpianus semp habilē se pstās ad recipiendū hoc sacramentū dicit semp cōmunicare. et si nō sacmentaliter tn̄ spūaliter. i. p fidem deuotionē et charitatē. Juxta illud Augu. Ut quid paras dentem et ventrem et non mētē. crede et māducasti de conse. di. ij. Ut quid. Patet etiā scdo ex hoc q periculose errāt illi q dicunt. sufficit q ego ante cōmunionē paschalez q̄dragita dieb⁹ quadragesime me reddā habilē ad cōmunionē: nō curādo totū tp̄us anni inutiliter expendere. imo credentes se dignos tunc ad cōmunionē currūt intrepidi. qbus tunc meli⁹ eēt si quotidie digni existētes accipent spūaliter sine mētaliter et vtiliter. q̄z semel i anno sacramētaliter et damnabiliter. Unde Crisost. super epistola ad hebreos. smone. xvij. circa mediū omnes pdictos tangit dicens. Quos magis acceptamus. id ē approbam⁹ an eos q semel in anno. an eos q sepius. an illos q raro accipiūt Et respondet Nec illos q semel: nec illos qui sepius. nec illos qui raro: sed eos qui cū mūda cōscientia: et q cum mūdo corde. qui cū vita irrephensibili isti semp accedunt Qui vero tales nō sunt nec semel accedāt: q2 iudiciū sibi accipiūt et dānationem. et supliciū. hec Criso. Ad h sonat illd de ɔse. di. ij. Accipe quotidie. vbi dr. Qui nō meret q̄tidie accipe nō meret p⁹ annū accipe. Et est dictū Aug. tractās illd Math. vj. Panē nostrū quotidianū et c. Septimo caueat cōmunicādus, ne post cōmunionē cibis lubricis aut potib⁹ qui possunt vomitū puocare vtatur. sicut fieri solet in pascha. vbi tūc vtunt lardo cocto infrigidato. ouis infrigidatis: et alijs cibis ex qbus frequenter sequit vomitus. Tales aūt q ex huiusmodi causis die sacre cōmunionis hūt vomitū. ex ipoz culpa qualicūq: penitentia dura sūt puniendi. Et ne sacerdos talē qualē voluerit peni-

tentiā ꝑ tali peccato iniūgat
audiat penitent iā districtam
diu p scrōs taxatā ⁊ a iure ap
probatā. Sicut eñ dicit Be=
da in suo penitētionali. ⁊ po=
nuntur verba in decreto. de cō
se. di. ij. vbi dicit. Si qs ꝑ ebri
etatem vel voracitatē eucha
ristiā euomuerit. xl. dies peni
teat. Clerici vl' monachi. lxx.
dieb⁹. Epi. cx. Si vo ꝑ ifirmi
tatis causaȝ euomuerit septē
dieb⁹ peniteat. Et h qd dicit
de infirmo cui iniungit peni=
tentia ꝓ vomitu. intelligēdū
est ꝙ hoc fit ad cautelā: qꝛ cū
esset ifirm⁹ nō debuit sumere
⁊ ita fuit in culpa. Unde ⁊ sa
cerdos sit circa h caut⁹ ꝙ si vi
derit infirmū talē ad vomitū
ꝓnū siue ꝓ̄ptū: tm̄ ostēdat
sibi corpus xpi: ⁊ suadeat sibi
pie credendum ⁊ sentienduȝ
de ipso ⁊ sufficit sibi ꝓ cōmu=
nione sacramētali. Quia ni=
hilominus cōmunicat ipē spi
ritualiter ⁊ si nō sacramētali=
ter si est sine peccato mortali
De cautelis suadēdis ex par=
te sacerdotis hoc sacramētuȝ
conferentis vel conficientis.

P Rimo sacer=

dos caueat ne cōi=
cet alienū parrochi
anū absqȝ licētia sui plebani.
qꝛ grauit peccarȝ mittēdo fal
cem in messeȝ alienā. Religi=
osus tamē hoc faciens est ex
cōmunicatus de facto: ⁊ per
solum papam est absoluend⁹
vt dicitur in ca. Religiosi. de
ꝑuilegijs in clementina. Et
nota ꝙ plebanus cōmunicās
alienū parrochianum non in
currit hanc penam excōmu=
nicatōis. vt dic Johānes an=
dree in glo. dicti cap. Et Ste
phan⁹ polon⁹ hoc ideȝ sentit
Si tamen religiosus ꝑfectus
ecclie parrochiali hoc faceret
dubitat ibidē Johes andree
an incideret illā penaȝ. videt
tm̄ dicere ꝙ sic in cap. ꝑmo de
decimis. in ꝑma glo. i. clemen
tina vt in c. j. de reb⁹ ecclie nō
alienādis. in glo. v. in fi. penā
cōsimilem non extēdit ad re=
ligiosum q ꝑest ecclie secula=
ri vt clericus secularis. Secū
da cautela. caueat sacerdos
ne peccatorē occultū ab h sa
cramento publice petentē cō
munionē abijciat vel ꝓhibe=
at. sicut qdam indiscreti fecit
se inuenti sunt. Uñ dicit Au
gustinus. Nō ꝓhibeat dispē
sator. i. sacerdos pingues ter
re. i. peccatores mēsaȝ domi=
ni mādūcare. s exactorē mo=
neat timere. de cōse. di. ij. nō
ꝓhibeat. Pro quo sciendū
ꝙ fm̄ Thomā in. iiij. sententia
rum dist. ix. q. v. Si peccatuȝ

est occultũ ꝑ cõfessorẽ solum scitũ. ⁊ ille in occulto petit debet ei denegare: ⁊ monere eũ in occulto ne petat i publico. Si autẽ nihilominus petit in manifesto debꝫ ei dare exemplo xp̄i q̄ iude traditori ꝺ̄dit corp⁹ suuꝫ. j. q. j. Christus. de cõse. disti. ij. Sicut iudas. Si vero peccatum est manifestũ tũc siue in occulto siue in manifesto petat dꝫ ei denegari. Quare aũt pc̄tõri in occulto nõ est denegãda eucharistia Guido de baẜ. in rosario decretoꝝ i dicto c. Nõ ꝓhibeat dicit ꝙ hoc ẽ. iõ ne ꝓdat peccatorẽ suspectũ esse ꝺ̄ crimie qꝺ̄ faceret si eum ꝓhiberet. Sed diceres videt̃ in hoc sacerdos esse reus dãnatõis sic cõmunicantis qꝛ dat medicinam ꝑ quã moritur egrotus ⁊ dat gladiũ furioso q̄ te trãsuerberat. imo videt̃ talis sacdos ꝓijcere i lutũ pessimũ cõscientie immũde illi⁹ peccatoris corpus christi Respõdeo ꝙ hec oĩa nõ ꝺ̄bẽt aliquẽ mouere in cõtrariũ: qꝛ nihil concludũt. Iste aũt sacerdos nõ dat medicinã mortiferam illi pc̄tõri. sed ille peccatoꝛ solus rapit violẽter a quo non potest ꝓhiberi de iure per sacerdotem. Nec dat ei gladiuꝫ sacerdos: sꝫ ipe solus violenter rapit cui sac̃dos resistere non potest ex quo sibi ius ꝓhibuit. Nec proijcit corpus christi in hoc casu in lutũ: sꝫ ille peccatoꝛ hoc facit. Sacerdos autem inuitus hoc facit: ⁊ cum dolore maximo. quia monet eum in secreto deum timere. quod cũ fecerit nõ habet amplius q̄d faciat. Sicut de btõ gregorio legitur ꝙ cuꝫ fratri petenti peccatori occulto eucharistiaꝫ dedit publice dixit Iudicet deus inter me et te. Eligat ergo peccatoꝛ occult⁹ ẜm consilium guidonis supradicti vt potius se prodat suspectũ de pc̄tõ abstinendo a cõmunione q̄ꝫ in pc̄tõ sumat indigne. Tertia cautela est ne sacerdos det alicui hostiã non consecratã loco cõsecrate: qꝛ ẜm Thomã in sacramẽto veritatis non debet esse fictio aliqua. Et hoc ıꝺ̄o. quia manducãs hostiã adorat eaꝫ ⁊ sic cõmitteret̃ ydolatria. qꝺ̄ crimen in sacerdotẽ retorq̃retur qui daret actus ⁊ causam ydolatrãdi. ẜm Tho. i suo qꝺ̄ libeto. li. vj. q. vj. Nec etiã solus sumat in missa ꝓpter qꝺ̄cunqꝫ peccatũ sibi occurrens hostiã nõ consecrataꝫ. Sicut de quodam intellexi: qui sentiens se grauib⁹ peccatis fornicationũ irretitũ ꝑsertim cũ

nocte illa habuisset cōcubinā
timens offendere diuinā ma
iestatem.in missa eodem die
ꝑ ipm̄ celebrata:ad quam nō
ꝓfessus pudore socioꝝ alioꝝ
ne de eo illud sciretur ꝯfusus
accessit ⁊ hostiā nō cōsecratā
eleuauit populo adorandā.
quā solus postea sumpsit qd̄
se sepissime facere asseruit co
ram cōcubina predicta. cum
ꝑ eam ipa retcta irreuerētior
sicuti ad qd̄ ita indignus ac-
cederet fuisset reph̄ēsus.Hoc
aūt est maximū peccatū ⁊ ma
ius illo quo ꝗs ī pctō mortali
cōmunicat.Sicut dicit decre
talis de celebratione missarū
de homine vbi dicit̄ ꝙ talis il
ludit deo ⁊ populo.quia facit
populum ydolatrare.Faciat
autē talis sacerdos iuxta cō-
silium iuris.l. disti. De his in
fine vltime glose.vbi dicitur.
ꝙ talis dūmodo sit contritus
ꝗuis nō confessus necessita-
te vrgēte pōt licite celebrare.
⁊ in tali casu nō fingat se cele
brare:sed veraciter in noīe
dn̄i cōsecret. ⁊ hoc est dignū.

Quarta cautela caueat sa
cerdos ne det corpus xp̄i hi-
strionibus ⁊ alijs qui hoīes ꝓ
uocāt ad luxuriā vel lasciuiā
⁊ dissolutionē qꝛ hoc nec di-
uine maiestati nec euāgeli-
ce discipline cōpetit.de cōse.
dist.ij.ꝑ dilectione.Et hoc in
tellige de istis histriōibus ꝗ
vtuntur vbis impudicis vel
factis illicitis vel adhibēt lu-
dum negocijs sicut illi qui in
duunt laruas ⁊ fingunt se cer
uos vł eq̄s induentes saccos
⁊ q̄ h̄ faciūt tꝑib⁹ indebitis sicͭ
dieb⁹ festiuis distrahētes po
pulū a deuotōe.Alīs aūt illis
potest dari cōmunio ꝗ licite
⁊ ornate interdū corā homi-
bus faciunt iocosam collatio
nem vbis honestis ⁊ nō scan
dalosis. Naz ioculatores au
dire causa recreatōis non est
pctm̄ mortale.lxxxvj.di.dōa
re.in prima glo. Nam et tali
bus pt dari aliq̄d ꝓ mercede
fm Tho. scda scde.q.lxviij.
ar.iij.Similiter amētibus et
fatuis naturaliter non dꝫ da-
ri.Si aūt omino non sunt de
biles in mēte:sed aliquo mō
sunt dociles:⁊ habēt reuerē-
tiā ad sacramentū:nō dꝫ eis
denegari.Silr̄ pueris qui nō
habent discretionē non debꝫ
hoc sacramentum porrigi.

Quinta cautela.caueat sa-
cerdos ne habeat euaporatā
aut corruptam hostiā.Unde
notāt doctores ꝙ vltra vnaz
septimanaz seu ebdomadam
sacerdos nō debꝫ seruare ho
stiā ne putrescat.vt habet̄ de
sentē.excō.vt ꝑnitti⁹ su-

per glo. ꝑma. Similiter ne sit
vinū acetosum. qꝛ in talibus
nihil ꝯficeret: Si tñ hostia nō
dum totaliter esset euapora
ta: sed tēderet ad corruptōez
si vinū etiā inciperet acetesce
re pōt quidem ꝯfici. sed peccat
ꝯficiens mortalit̃ ꝓpter reue
rentiā sacramēti. Silr̃ ne ꝯfici
at in vino agresto. i. nondum
maturo. qꝛ nondū est vinū. ſ;
in via generationis. In mu=
sto tamen bene ꝯficit̃. qꝛ ha=
bet plenā rationē vini. tñ nō
est ꝯficiendū de multū recen=
ti musto ꝓpter impuritatem
ipsi⁹ ſm Tho. in. iiij. di. xj. q.
iij. ar. j. ij. ⁊. iij. Uideat etiam
sacerdos ꝙ apponat tantum
de aq̄ ꝙ totaliter pōt conuer
ti in vinū. Sexta cautela.
caueat sacerdos ne cū est de=
bilis ita ꝙ non potest ꝑficere
missaȝ audeat celebrare sicut
contingit patientib⁹ tertianā
febrē ⁊ quartanā. vel q̄s iter=
dum dimisit febris q̄ vt sepi⁹
deficiunt in celebrando. ita ꝙ
vix ab altari domū languen=
tes deportant̃. Uerūtamē li
cet sic debilis nō potest cele=
brare. pōt tñ seipm̄ cōmuni=
care si nō habet aliū sacerdo
tem q̄ ipm̄ cōmunicaret. sed
tūc dȝ habere stolā. xxiij. dis.
Ecclesiastica in glo. ꝑma. In h̄
tñ casu si sacerdos incipiens
missam debilitat̃ intātū ꝙ nō
possit eā ꝑficere si est ante cō
secratōez corporis xp̄i vel an
te ꝯsecrationē sanguinis. vel
etiam sanguine ꝯsecrato dȝ
reliq̄ pars misse suppleri per
aliū. vt ptȝ vij. q. j. nihil. Et h̄
idem tenet Tho in iij. parte.
q. xcij. Si aūt sacerdos post
ꝯsecrationē corporis xp̄i āte
tñ ꝯsecrationē sanguīs ꝑcipi
at vinū aut aquā deesse in ca
lice tūc dȝ statim apponere ⁊
cōsecrare. Si v̄o post oīa cō
secrationis v̄ba ꝑcipit ꝙ aq̄
desit dȝ nihilomin⁹ ꝓcedere
qꝛ appositio aq̄ nō est de ne=
cessitate sacramēti. Nullo au
tem mō aq̄ dȝ vino iam ꝯsec=
to misceri. Si aūt post ipsam
ꝯsecrationē sanguinis ꝑcipit
ꝙ vinū nō fuit appositū in ca
licē ſ; solū aq̄ si hoc ꝑcipit āte
sumptionē corporis xp̄i debȝ
deposita aq̄ si ibi fuerit aquā
cū vino ponere ⁊ resumere a
v̄bis cōsecrationis sanguis.
Si v̄o hoc ꝑcipit post sūptio
nem corporis xp̄i: debet ap=
ponere aliā hostiā cū sangui=
ne ꝯsecrandā. ⁊ in fine sume=
re hostiā iterū ꝯsecratā ⁊ san
guinē. nō obstante si pri⁹ etiā
sumpsit aquā q̄ erat in calice
qꝛ preceptū de ꝑfectione sac
menti maioris est pōderis q̄
preceptū ꝙ hoc sacramētum

a ieiunis sumat fm Thomã
Alijs tñ videt q solũ dz appo
nere vinũ in calicẽ τ aquam
sine noua hostia. τ repetere
vba cõsecrationis calicis tñ
ab illo loco. Simili modo. Et
si timet plõgationẽ misse suf
ficit dicere vba essentialia cõ
secrationis calicis. Nec est ne
cesse repetere orones sequẽ-
tes. Et hoc totũ intelligũt ipi i
si gustauit tñ τ nõ transgluti
uit. Quid aũt faciat si habe
at aquã i ore τ vere sentit q
est aq tñ dicit Innoc. q non
dz eã emittere. qr pter cor-
pus xpi qd est in ea cauendũ
est ne viliter tractaret. Et qa
est timendũ ne generaret scã-
dalũ his q viderent. Dicit eti
am ipe Innoc. Si eã trãsglu-
tit nõ est ieiun⁹. nec dz post-
ea pficere. vij. q. j. nihil. Hosti
ensis vo dic q dz eã suare et
ponere in sacrario. τ fm hoc
dz se fingere eã trãsglutire. τ
hoc ideo qr als tãq non ieiu-
nus nõ dz pficere. Ego tñ te-
neo cũ Thoma q post psecra
tionẽ istius aq posset in h ca-
su psecrari corpus xpi τ sumi
ne sacrificiũ maneat ipfectuz
qd est graui⁹ pctm. Itẽ si per
cipit hostiã corruptã post sũ-
ptionẽ dz aliã accipere τ iterũ
psecrare τ sumere fm Tho. i
iij. parte. q. lxxxiij. ar. vi. Si-
militer si recordaret se omisis
se aliq vba q sunt de necessi-
tate forme. resumat formam
iterũ p ordinẽ. Si aũt essent
vba nõ de necessitate forme
pcedat ne turbet ordinẽ offi
cij diuini. fm Tho. in. iij. par-
te. q. lxxxiij. ar. vi. Septia
cautela caueat sacdos ne ali-
quid de corpore xpi vel san-
guine in terrã vel in vestẽ or
nat⁹ sui cadere vel stillare p-
mittat. qr grauiter puniretur
Nã si ceciderit aliqd sup ta-
bulã ligneã. lingua lambatur
τ tabula radat. Si aũt nõ est
tabula loc⁹ radat τ cõburat.
τ cinis in sacrario recõdatur
τ sacerdos quadragita dieb⁹
peniteat. Si vo sup lapidem
altaris ceciderit sorbeat sacer
dos stillã. τ trib⁹ dieb⁹ peni-
teat. Si vo sup lintheũ altaris
vel sup casulã sacerdotis ce-
ciderit si peruenerit stilla ad
aliud lintheũ qttuor dieb⁹ pe
niteat. Si vero puenerit ad
tertiũ nouẽ diebus peniteat.
Si vsq ad qrtũ. xx. dieb⁹ pe
niteat τ lauet lintheamia tri-
bus vicibus q stilla tetigerit
supposito calice τ aq ablutio
nis iuxta altare cõdatur. de
pse. di. ij. Si p negligentiam.
Posset etiã sumi a sacerdote
nisi timeretur abhominatio.
Cauti⁹ tñ est illã partẽ linthe

aminis vł corporalis excide-re ⁊ cōburere. cinerē aūt ponere i sacrario ſm Tho. i. iiij. dist. xiij. ⁊ i. iij. pte. q. lxxxiij. ar. vi. Habent hec oia de ↄse. di. ij. Si p negligētiā. Octauo caueat sacerdos ne aliqd cadat i calicē ⁊ maxie i estate vt ē vmis. aranea. musca. fimus passeris. puluis et silia. Nō si aū ↄsecratōez calic cōtigerit. calix dz ablui ⁊ de nouo vinū infundi cū aq. Si vero post consecratiōem debet caute capi ⁊ diligēter lauari ⁊ cōburi et ablutio in sacrario mitti. Et si venenū ibi esse deꝑhēderit nullo mō sumere dz nec alteri dare: ne calix vite i mortē vtatur: sed debet diligenter seruari in vasculo. Et ne sacramētū maneat impfectū dz īde deponi: ⁊ sacerdos denuo incipe ↄsecratōez calicis vt sacramentū pficiatur. Nihil eniz abhoiabile debet sumi occasione huius sacramēti ſm glosam finalē. ca. si p negligētiā. de ↄse. dist. ij. Hec Hugo. Nono caueat ne corpus xpi ponat in caute. ita q a murib⁹ cōmedat. Quia de hoc quadragita dieb⁹ dz penitere. de cōse. dis. ij. q nō bñ. Sed di. tamē ibi mus non comedit corp⁹ xpi. quare ergo sacerdos sic tunc punit. Respondeo. licz multi doctores nō concedant ibi rodi corp⁹ xpi sed solū speciē sacramēti eo q vt dicunt qācito sumitur a mure vel ab alio animali desinit esse sacramētū nō est tamen incōueniēs si dicatur q mus sumat corpus xpi cū scelerotissimi hoies illō sumant. ſm glo. de conse. dist. ij. Qui non bene. Potest tamen dici q licet homo malus sumat sacramentū istud sacramentaliter ⁊ nō spiritualiter: mus tamen vel brutū aial nec spūaliter nec sacramētaliter recipit qz non vtit eo vt sacro. eo q nō credit ibi esse deū ⁊ hoiez ſ sumit p modū alteri⁹ cuiuscūqz cibi. ⁊ ita sumit bñ accidēcia ⁊ species sacramētales ſ nō sacramētū. imo dicūt doctores vt notatur in glo. dicti capituli. Non isti. de cōse. di. ij. q etiā i bono homie qādiu sentiūtur species. tādiu ē ibi corpus xpi ⁊ qācito deglutit statim desinit esse sacramentum. et corpus christi desinit esse in sumēte Ita sentit Hugo cardinalis. Sed Hugo de sancto victore vt recitat Archid. in capitu. predicto. Nō isti. dicit q qādiu ibi manent species sub illis est christus integer. vnde si intrāt stomachū sub illis manet qādiu sint

ibi sicut sub ipsa specie est in
pixide. Et verū est fm Petr
de tharantha. q non vadit in
corpus nostrū vt illud nutri=
at sicut ceteri cibi. itrat tamē
z est ibi sub specie sacramēta
li qdiu illa durat fm Petruz
z hoc etiā tenēt theologi. Di
cit etiā glosa. de conse. distin.
ij. Tanta sup verbo cōmisce=
ri. q species ille nec cibis alijs
cōmiscētur nec in stomachuz
descēdunt z ppter hoc neqz
per secessum emittūtur. Et li
cet aliquis ex ipis reficiat nō
tamē incorporātur: nec i sto=
machum descēdunt: nec per
secessum emittūtur. Interdū
tamē etiā homo odore recre
atur. q tñ nec p secessum nec
in stomachū dirigitur. Tamē
Bartholomeus brixiens. ibi
dem dicit q bñ dicere potest
q in stomachū descendāt nā
als quō euomerentur. Qū q
dicit Aug9 Nō iste est panis
q trāsit in ventrē. exponit ar=
chi. in ca. Si qs p ebrietatez.
de 9se. di. ij. q hoc p tanto dr
q nō est iste panis q vadit in
corp9 sicut cib9 naturalis. sic
q nutriat: s est ibi sub specie
sacramentali. Et p tāto puni
tur sacerdos: qz pmisit irreue
renter a murib9 9tractari sa=
cramentum tam venerabile.

De sacramento penitētie.

P Enitentiā

agite appropiqua
bit enī regnū celo
rū. Math. iiij. z. iij. Et de pe.
di. j. ex his Quia restituta in
baptismo innocētia hō fragi
lis illesaz z incōtaminatā cōti
nue suare nō ptvitā qn sepi9
cadat. iō diuina maiestas 9 ca=
sum hmōi p restauratōe ino
centie pdicte de sacramento
penitētie puidit. p quā hō a
deo p pctm elōgat9 ad ipsum
appropinquat. Hinc ē q sal=
uator veniēs in mundū qua=
si bonus medicus egrotis cō
sulens dicit. Penitētiā agite.
Agite inqt fm Gorraz super
Mat. tāqz medicinā ad sanā
duz morbū. qsi armaturā ad
inuādū bellū. qsi clauē ad rese
rādū celū. Tria ei 9seqt pñie
actor. s. sanatōez vulner cor
dis. armatōez isidiar hostis
z aptōem regni celestis. Vñ
dr appropiquabit enī vob re
gnum celor. Diffinit aūt sic
fm mgrm sniar. li. iiij. distin.
xiiij. Penitētia ē vtus q 9mis
sa mala plāgimus cū emēda=
tōis pposito. Amb. aūt sic dif
finit penitētiaz. Penitētia est
vtus cordis amaritudo anie
p malis q qs 9misit Alibi eti
am idē Amb. dicit Penitētia
est mala preterita plangere z

plangēda iterꝝ nō cōmittere.
Circa qđ sciendū q duplex est penitētia. s. interior tm̄. et est dolor ꝓ pctō. Et hec ē de iure nature. Alia exterior q̄ fit arbitrio hois. s. imposita ꝑ sacerdotē. Prīa nō ē sacrm ꝓpe sed scđa scʒ per mīstros ecclesie imposita. Est aūt materia hu9 sacramenti actus mīstri. s. sacerdotis quē exercet circa peccatorē absoluēdo ipsum. Forma aūt istius sacramenti lʒ a xp̄o nō sit instituta certa. tm̄ ꝑm doctores ē hec q ꝑmo ꝑmittatur oratio. s. illa. Dn̄s te absoluat. vel misereatur tui oīpotens deus. ⁊ dimittat tibi oīa peccata tua ⁊ ꝑducat te invitā eternā. Et tūc sequat̄ forma essential̄. s. Et ego auctoritate q̄ fungor absoluo te a peccatis tuis. In noīe patris ⁊ filij ⁊ spūssancti Ita ponit Albert9 in scripto q̄rti sniaꝝ. disti. xvij. Dicit āt Tho. in. iij. pte. q. lxxxiiij. ar. iij. q de substantia forme est. Ego te absoluo. ꝑ h qđ premittit̄. s. orō nō ē de substātia forme: sʒ tm̄ ne sacramēti effectus impediat̄ ex parte penitentis. Fit aūt manus impositio sup caput cōfitentis. qđ nō est de essentia ꝑm Tho. qr hoc sacramētū nō ordinatur ad aliquā excellentiā gr̄e ꝯse quēdā ꝑ ad remissiōeʒ pctōꝝ. Vn̄ magis: in hoc sacro competeret signū crucis q̄ man9 impositio. i signū q ꝑ sanguinē xp̄i remittunt̄ pctā non tamē est de necessitate sacmēti: Hoc tn̄ quod dicit sacerdos. Ego te absoluo valet tantuʒ id ē sacramentū absolutōnis tibi cōmitto. Sicut cū querit̄ ab aliquo baptizādo. credis ī deū. rn̄det. credo. qđ valʒ tātū sic sacramentū fidei cōmittere volo. ꝑm doctorē parisiēsem dist. xiiij. q. iij. Plures tn̄ docti sic absoluūt Auctoritate dn̄i nr̄i iesu xp̄i: ⁊ auctoritate beatoꝝ petri ⁊ pauli ⁊ auctoritate mihi ī hac ꝑte ꝯcessa ab oib9 pctis tuis ꝑ te deo et mihi cōfessis ego te absoluo. In noīe p̄ris ⁊ filij ⁊ spūsscti. Et ista forma mihi magis placet. Tn̄ exq̄ certa forma nō ē ab ecclia ꝑscripta in h sacramento eligat sibi quis quam vult ex istis. Vn̄ ex hoc pōt patere q cū istud sacramētū nō habet certā formā a xp̄o īstitutā vel ꝑ ecclīam ꝑscriptā videt̄ ꝯsonū q illi q̄ absoluebant ꝑ ꝟtutem passionis dn̄i nr̄i iesu xp̄i. vel aliter nō sint damnādi tanq̄ erronei. imo videt̄ q ꝑdicta forma absolutionis ꝑ doctores iuēta ⁊ approbata sit sustinēda nec op9

fuit repetere ꝯfessiões talib⁹
factas q: i nullo ꝯ determina
tionẽ ecclie venerunt ꝑdicti.
nec causa iducẽdi errorẽ ꝑ il-
lã formã: ꝫ tñ q̃ pie ſuataꝫ ea
dẽ vsi sunt. Ulterius sciẽduꝫ
ꝙ tres sunt spẽs pnie. q̃dã est
solẽnis. q̃dã publica. q̃dã pri
uata seu secreta. Solẽnis pe
nitẽtia ẽ q̃ iponit̃ ab epo i ca
pite ieiunij ꝓ crimie publico
ꝛ manifesto sic̃ ꝓ homicidio.
icẽdio ꝛ sacrilegio ꝛc̃. Et talis
nõ pt reiterari ne vilescat: nec
imponit̃ clerico nisi deposito
Et agẽs talẽ pniaꝫ de cetero
nõ põt ꝓmoueri ad sacros or
dines. Forma aũt imponen-
di eã ponit̃. l. di. in capite. vbi
dicit̃ ꝙ oẽs penitentes q̃ talẽ
penitentiã publicã suscipiunt
ꝑsentent se episcopo i capite
quadragesime añ fores eccle
sie nudis pedib⁹: vultib⁹ i ter
ram demissis ꝛc̃. Ibi debent
adesse decani: archipꝛ̃sbyteri:
parrochiani ꝛ ꝑ̃sbyteri penitẽ
tiũ q̃ debẽt iniũgere talib⁹ pe
nitẽtias. Post h̃ eos i eccliaꝫ
introducant. ꝛ cũ omni clero
septẽ psalmos penitẽtiõales
ipis in terrã ꝓstrat ꝫ cũ lachry
mis ꝓ eoꝝ absolutione decã
tent. postea surgẽs ab oratio
ne manus eis imponat aquã
bñdictã sup eos aspgat cine-
rem tñ prius imittat. Deinde

cilicio capita eoꝝ cooperiat.
Post h̃ ꝑ ministros ecclie de
ecclia eos expellat cũ respon
sorio. In sudore vultus tui.
Iste tñ mod⁹ nõ seruat̃ apud
nos: ꝫ trãslat⁹ est in cenã dñi
ꝛ ibi expedit̃. Sciendũ tamẽ
ẜm vvilhelmũ ꝙ ingressus ec
clesie q̃ iniũgit̃ solẽniter pe-
nitentib⁹ pẽdet ex arbitrio sa
cerdotis. tamẽ postq̃ꝫ itrodu
cuntur tales in ecclesiã ꝑ epi
scopum feria quinta magna
solum intrabũt eccliam vsqꝫ
ad octauam pasche. ꝛ postea
exibũt ꝑ totũ ãnũ: vt dic̃ glo.
l. di. In capite. Et erũt extra
eccliam vsqꝫ ad eãdẽ feriã se-
quentis anni. nec cõicabũnt
aliqñ vsqꝫ ad mortẽ. Quãdo
qꝫ tamẽ min⁹ ẜm arbitriũ epi
xij. q. ij. de viro. xxxiij. q. ij. ad
monere. xxvj. q. vj. Si quis
de corpore ꝛ de penitẽtia di.
v. Si qui vero. Si tamen pe
nitet potest ei scdo vel tertio
anno reddi ingressus ecclesie
vt patet. xij. q. ij. de viro. Pe
nitentia publica ẽ q̃ fit in pu-
blico nõ tamẽ cum ꝑdicta so
lẽnitate vt cũ iniũgitur alicui
ꝑegrinatio ꝑ mũdũ cũ bacu-
lo cubitali ꝛ cum scapulari: ꝛ
cũ huiusmodi. Et hãc potest
imponere quilibet suo parro
chiano. Et fit publice ideo:
vt publicum peccatum publi

tam habeat medicinā. Sicut si q̄s in fornicatione esset de-ꝓhensus publice. vn̄ q꞉ talis est magna ꝯfusione dign⁹ ꝓ-pter alioꝝ scandalū. Et vt sit alijs in terrorē ⁊ in exemplū penitendi ⁊ nō desperādi publice agat penitētiā. Nō opȝ autē ꝓ qlibet manifesto pctō manifestā agere penitentiaȝ. fm̄ Albertū. ſ solū qn̄ scandalizauit alios. Et hoc est cōtra multos q̄ iniūgunt suis par-rochianis publicā penitentiā ante fores ecclie vel in circuitu cimiterij ambulare ante ꝓcessionē in die festiuo. vel ia-cere ad faciē infra ostiū ecclesie ꝓ leui pctō sicut ꝓ vna potatione vel ꝓ alio pctō quod tamē non scandalizauit totā ecclesiam. Et isti precludunt viam penitendi seu cōfitendi alijs similib⁹ pctis inuolutis: ne similiter cōfundant̄. Penitentia aūt priuata seu secreta est quā quis imponit ꝓ pctō occulto. Ut autē ordinate ꝓcedam⁹ circa huiusmodi pe-nitentias tam publicas ꝙ̄ priuatas tria cōsiderari oportet circa istud sacramētum. Ha-bet eni penitētia tres partes scȝ contritionē. confessionem et satisfactionem.

De cōtritione q̄ est prima pars penitentie.

Contritio est dolor ꝓ pctis volūtarie assumptus cū ꝓposito cōfitendi ⁊ satisfaciēdi. Circa quod sciēdū ꝙ dolor ē du-plex. vn⁹ est voluntarí q̄ nō est aliud nisi pcti displicentia ⁊ iste est de necessitate ⁊ essentia contritionis. Alius est dolor sensibilis q̄ apparet in la/chrymis ⁊ suspirijs. ⁊ iste non est de essentia ꝯtritionis ſ de ꝑfectione: q꞉ nō ē in nr̄a po-testate eā habere qn̄ volum⁹ Potest aūt fieri tanta ꝯtritio ꝙ nō solū culpa ſ etiā tota pena dimittat̄. pōt eīm tm̄ incendi charitas in cōtrito ⁊ tant⁹ esse dolor sensibilis ꝙ ꝯtritio inde ꝓcedens merebit̄ solutionē ab omni pena. Scien-dum tn̄ est ꝙ aliq̄ putāt satis indiscrete tūc esse cōtritionē qn̄ hn̄t quādā displicentiā de pctis. vel qn̄ hn̄t ꝓpositū do-lēdi de eis ⁊ tales paupes decipiūtur. hoc eni nō est cōtritio ſ attritio. Sȝ qn̄ hō habȝ ꝑfectā displicentiā ⁊ hȝ nō solum dolendi ꝓpositū. ſ etiaȝ verū cordis dolorem ꝓ ipis. tūc hȝ ꝯtritionē fm̄ Tho. in. iiij. dist. xvij. q. vj. ar. iij. Debȝ aūt pctōr de omni pctō mortali dolere ⁊ ꝯtritionē habere

ꝛ de q̃libet specialiť. De oblitis tñ sufficit ꝯtritio generaľ cũ conať ad recordandũ ꝛ ad dolendũ. Et dz dolere de oblivione pctõꝝ q̃ ex negligẽtia sua ꝓcessit. Nõ itellige ꝙ q̃s necessario dz habere dolorez specialẽ de q̃libet pctõ mortali talẽ videlꝫ dolorẽ q̃ est grã informatꝰ. ꝟ liquet ꝙ dz ħ habere circa ꝑncipiũ ꝯfessionis cũ q̃s recogitat pctã ꝛ dolet. Et bñ faceret pctõr q̃ ꝓ maiori pctõ plꝰ doleret. qꝛ magĩ p ħ deũ offẽdit ꝛ maiorẽ penã ꝓmeruit. Nec dz cõtritio saltẽ in habitu cessare in pctõre etiã post ꝯfessionẽ ꝟ semp manẽ. vt diť tho. i. iiij. di. xvij

De ꝯfessione nũc seq̃tur.

Confessio

autẽ ẜm Augu. sic diffiniť. est p quã morbus latẽs spe venie aperiť Uel ẜm Ray. Confessio ẽ legitima corã deo ꝛ sacẽdote pctõꝝ declaratio. Tenentur autẽ habẽtes ãnos discretõis ad eã faciẽdã semel in ãno vt ptꝫ de pe. ꝛ re. c. Ois vtriusqꝫ sexus. q̃lscũqꝫ essꝫ ꝯtritio si q̃s ꝯtẽneret ꝯfiteri dãnareť. Uñ falsũ ẽ ꝛ hereticũ dicere sufficit soli deo ꝯfiteri. Nã diť canon de pe. di. j. Taciturnitas. Ubi ẽ taciturnitas ꝯfessiõis nõ est sperãda venia criminis. Ptꝫ ħ exẽplo xp̃i q̃ lazarũ suscitavit. ꝟ tñ discipulis tradidit absoluẽdũ. Joħ. xj. Et. xj. q. iij. tũc vera. Itẽ decẽ leprosos ad sacerdotes misit q̃ in via eũdo fuerũt mũdati vt dz Lu. xvij. p qd̃ significať ꝙ peccator licet in via eũdo ad cõfessionẽ rõne ꝯtritionis quã hꝫ ꝯseq̃tur veniã ꝛ remissionẽ pctõꝝ tñ teneť venire ꝛ cõfiteri sacẽdoti. Sꝫ diceres q̃re pctõr dz ire ad cõfessionẽ vel sacẽdotẽ ex quo remissa sũt ei pctã p contritiõez. Rñsio ẜm Hosti. in sũma de pe. ꝛ re. ca. Tu diť ꝙ pctõr duplici vinculo ad satisfaciẽdũ astringitur vno quo ligať ad deũ. ꝛ illud in ꝯtritiõe dimittiť. Alio quo ligať ad ecc̃liam. ꝛ ħ p ꝯfessionem ꝛ satisfactionez dimittiť ꝛ p absolutionẽ sacẽdotĩ relaxať. Ad ħ facit de sen. excõ. a nob. c. j. de pnia disti. j. multiplex. ꝛ c. quẽ penitet in fine ꝛ di. v. Cõsideret. Licꝫ igitur pctm̃ dimittať quo ad reatũ per cõtritionẽ. manet tamen obligatio ad penã tẽporalez p sacẽdotẽ infligendã. Et probat Archid. de pe. di. iij. Productior. Qꝛ sicut oẽs creature ostendũt ꝛ ꝯfiteñ defectꝰ suos tp̃ales ꝛ naturales hoĩbus eo mõ q̃ possũt vt diť glo

sa sup illo vbu. Cõfessio ⁊ ma
gnificentia opꝰ eiꝰ ⁊c. ita hõ
dꝫ ostendere defectꝰ suos vo
luntarios ⁊ ↄfiteri vbo voca
li in quo abundat. Et etiã dꝫ
ↄfiteri hoi: eo ꝙ vbũ diuinꝫ
humiliatũ est ꝑ pctis nrĩs de
lendis. qd vbũ vnitũ huma=
nitati obligat nos ꝙ humilie
mus vbũ nr̃m loq̃ndo nõ so=
lum hoi: ſ etiã deo. ⁊ nõ solũ
deo: ſ etiã hoi qd fit in ↄfessi=
one vocali. Preterea cũ ho=
die peccamus corã deo ⁊ ho=
mine debemꝰ ↄfiteri nõ soluꝫ
corã deo sicut in veteri testã=
mento fuit: ſ homini loco dei
constituto. Nec ꝓpter h ꝙ in
ↄtritione hoi dimittit̃ reatus
culpe supflua esset ↄfessio vo
calis q̃ fm Hugonẽ cardina=
lem ad h necessaria est ad hu=
militatẽ ⁊ iusticiã exercendã
Itẽ ad h ꝙ eccl̃ie satisfaciat
q̃ lesa est ex pctõ. Valꝫ etiaꝫ
fm Joh. and. ꝓpter fidẽ quã
pctõꝛ hꝫ credẽs auctoritateꝫ
clauiũ i eccl̃ia. Silr valꝫ ꝓpt
obedientiã quã exhibet ministr
eccl̃ie vl deo. de pe. di. j. multi=
plex. ⁊. c. nõnulli. Qñ ḡ legi i
scripturis sctis ꝙ sola ↄtritio
sufficit ad remissiõeꝫ pctõꝝ i
telligas i necessitate qñ ↄfes=
sio nõ põt haberi. Nã tũc nõ
est p̃ceptũ. Iuxta illd. Cõfite
mini alterutrũ ⁊c. Qꝛ necessi
tas legẽ nõ hꝫ. Nã tũc volũ=
tas pro facto reputat̃. sufficit
eñi tũc soli deo ↄfiteri in cor=
de. Si tñ ibi esset aliq̃s laycꝰ
bonũ esset sibi ↄfiteri ꝓpter h
vt postea ecclĩam informaret
q̃bus remedijs ꝑ aĩa sua eẽt
subueniẽdũ. Doctoꝛ tñ subti
lis dicit: ex quo accusatio in
cõfessione nõ fit ad aliud nisi
vt ↄsequat̃ sententia. ⁊ laycꝰ
nõ hꝫ auctoritatẽ sententiẽdi
in isto foro: seq̃t̃ ꝙ nullũ p̃ce=
ptũ est ad accusandũ se corã
layco. Forte aũt meliꝰ esset
hoc dimittere si pctõꝛ posset
aliq̃lẽ vecundiã corã se habe
re recogitãdo eadeꝫ. ⁊ sic eq̃
puniri. Etiã lꝫ simplicibꝰ lay=
cis sit vtilis talis ↄfessio corã
layco in necessitate nõ tñ vi=
ris discretis q̃ sciũt ad quid i
stituta est confessio. Hinc ẽ ꝙ
dicit Johẽs andree in ca. Si
episcopꝰ. de peni. ⁊ remis. li.
vj. in vltima glo. ꝙ lꝫ layco in
necessitate possumꝰ ↄfiteri tñ
ipse non potest absoluere. qꝛ
non habꝫ claues. de peni. di.
j. Quem penitet. Et notatur
de officio cure pastoralis vbi
Hugo dicit ꝙ licet in necessi=
tate audit non tamen ad hoc
vt sit vera absolutio. sed quo
ad signa penitentie declaran
da. Sed Raymũdus contra
dicit. Item archid. xxv. dist.

audire. dicit quosdā dixisse ꝙ nullus etiā in necessitate tenetur ꝯfiteri rustico vel layco p̄sbitero absentē maxime peccata mortalia. Et dicit ꝙ illō Jacobi. Confitemini alterutrū pctā vr̄a tm̄ de venialib⁹ intelligit̄ q̄ possunt talib⁹ laycis cōfiteri in necessitate: vel loq̄tur de ꝯfessione in generali q̄ fit in eccl̄ia. vel loq̄tur tm̄ de sacerdotib⁹. Hugo vō dic̄ ꝙ layco tenet̄ q̄s ꝯfiteri pctā sua cū nō p̄t habere sacerdotem. Nec videt̄ vere penitēs qui i articulo mortꝭ pctā sua nō ꝯfitet̄ cuicūq̧ potest si sacerdotē habere nō potest. q̄z uis laycus nō habꝫ auctoritatem absoluēdi. Dicit aūt glo. xxx. q. ij. Oēs. ꝙ si layc⁹ i necessitate audiat pctā mulierꝭ nō potest cū ea postea ꝯtrahere. si tm̄ ꝯtrahat forte tenet matrimoniū. Videt̄ tm̄ h̄ tm̄modo sacerdoti ꝓhiberi cuꝫ tm̄ eius officiū est audire peccata. Tu dic secure ꝙ talis p̄t cū tali muliere ꝯtrahere quā audiuit in necessitate: qꝛ per hoc sacr̄m nulla cōpaternitas ꝯtrahitur: vt dꝛ in canone. q̄z uis ꝛc. de cognatione spūali. lib. vj. Item sciendū ꝙ cōfessio sedecim cōditiones habere debet q̄ habētur in his v̄sibus. Sit simplex. humilis. cōfessio pūra. fidelis. Atq̧ frequens. nuda. discreta. libens verecunda. Integra. secreta lacrymablis. accelerata. Fortis. τ accusans. τ sit parere parata. Quātūcunq̧ aūt nota sint sacerdoti pctā. adhuc tamen debent narrari in cōfessione. qꝛ nō sufficit ꝙ ea cog̊scit sacerdos vt homo tm̄ scꝫ in publico. s̄ etiam vt deus. s. in secreto cordis. de pe. dis. j. Impfecta. in glo. p̄ma. Tenetur etiā pctōꝛ nō solū mortalia: s̄ etiā venialia ꝯfiteri licet nō ita necessitate absoluta teneatur ad ꝯfessionē venialiū sicut mortaliū. Tamē ex quo nō possumus vitā eternā cōsequi sine remissione venialium: tenemur ad eoꝝ confessionem. vt dicit Thomas i. iiij. dist. xvj.

De modo audiendi confessiones.

Et quia experientia docēte multos vidim⁹ in practica hui⁹ sacramēti errare. idō vtile videt̄ ponere modū τ formā circa audiēdas cōfessiones. Circa qd̄ vidēdū ē de plurib⁹: τ p̄mo de dispositione psone. Scd̄o quō sacerdos debeat inq̄rere a ꝯfitente. Tertio qui sint casus in q̄

bus potest absoluere. De p̄mo itaq3 sciendū ꝙ ꝯfessionē audiēs sacerdos dz sedere in loco omni suspitione carente vbi ab omnib⁹ videri possit a nullo v̄o audiri: nō sicut q̄dam in camerꝫ ante lectū ꝓpꝰium audiūt: vel in sacristia. q̄ cōꝑti sunt multa mala cū spūalib⁹ filiab⁹ cōmisisse. Nō dz etiā sacerdos vel ꝯfessor īspicere vultū ꝯfitentis. ne ductꝰ terrore sacerdoti min⁹ audeat cōfiteri: vel ne q̄d occultet vel alleniet. Marie tñ a mulierib⁹ caueat. q2 ꝓm sapiētez Facies mulieris sicut ventus vrens. Nec dz sedere ex opposito: ꝯ ad lat⁹. Nec etiā dz ꝓferre v̄ba iocosa ne alter ipsoꝝ ad risum ꝓuocet̄ sicut etiam cōꝑtū ē de aliq̄b⁹. ꝯ v̄bis blandis ⁊ benignis cōfessor vtat̄: nō sic q̄dā faciūt maledicētes ꝯfitēti. dicētes diabolꝰ te mihi miserat cū his pctis. eos vel eas diabolo cōmēdātes vt q̄dā ydiote faciūt Nec dz sacerdos mouere caput vl̄ sputū sepi⁹ ꝓijcere ne videat̄ a circūstantib⁹ prodere pctā cōfitentis. Ubi ḡ sunt illi qui pede trudūt ꝯfitentes vel faciunt q̄sdam vociferationes suspiciosas. vel suspiria suspiciosa. ex q̄b⁹ ꝓdit̄ ꝯfessio peccatoris. Cū ergo icipit ꝯfiteri attēdat v̄ba sua cōfessor vsq3 ad finē. nec īterrūpat. nisi cuz fuerit ꝯfessor ꝑ ꝯfitentē de aliquo exquisit⁹: vel nisi ꝯfessor habuerit necesse inq̄rere de aliq̄ circūstātia pcti. Si vero ꝯfitens corā sacerdote pre timore erubescēs obmutescit. tūc sacerdos eū dulciter alloquēs informet ⁊ det sibi cor ⁊ audaciā his v̄bis. vt dic̄ Hugo. Fili carissime ex abundācia gr̄e diuīe habem⁹ magnū donū ꝯ et salutis remediū ꝙ ꝑ nr̄am verā ꝯfessionē possumus ꝯseq̄ indulgentiā pctōꝝ Nō aūt verearꝫ ꝑ aīa tua dicere verū corā me q̄ suz pctōr sicut ⁊ tu. Nō autez te audio vt hō ꝯ vt de⁹. Nō si forte cōfitens nescit modū ꝯfitēdi cōfessor dicat ei modū dicens. Carissime fili ita debes ꝯfiteri. Cōfiteor oīpotēti deo ⁊ tibi pr̄i ꝙ ego pctōr peccaui in multiplicib⁹ pctis. Et primo in mortalib⁹ pctis. trāsgrediēdo diuina p̄cepta nō diligēdo deū nec ꝓximū. Et tūc videat cōfitēs dicē pctā. Et p̄mo de mortalib⁹ pctis ꝓm ꝙ disposuit in mēte sua. Si aūt ig̃rat q̄ sūt pctā mortalia dicat sibi. Ecce fili mi ista sunt pctā mortalia. Supbia. auaricia. luxuria. ira. gula. inuidia. et accidia. Recordare si cōmisi

sti aliqđ istoꝝ. Qui cū de eis
expedit⁹ fuerit, descendat ad
opa pietat꜠ si ea neglexit adi
plere. Silr de alienis pctis vt
statim patebit. Scđo vidē
dum ē q̃liter sacerdos dꝫ q̃re
re a ꝯfitēte. Pro q̇ sciendū ꝙ
si est discret⁹ ꝯfitēs' nō dꝫ ab
eo aliq̇d q̃ri. ꝟ si est rudis tūc
q̃rat ab eo sacerdos. Et p̄mo
de mortalib⁹ pctis in genere
nūq̃ tñ in specie ꝟbigr̃a sic di
cēs. Ecce fili nonne peccasti
istis pctis. s. supbia. auaricia.
ꝛc. Si ꝟ ꝯtigit te aliq̃n super-
bisse de vestib⁹. de pulchritu-
dine corporis. de sapia̅. de di-
uitijs. ꝟ recogites ꝛ ꝟ doleas
Itē si aliq̃n excessisti modum
comedēdi vel bibēdi. vel ha-
buisti diuturnū odiū ꝯ̄ pxi-
muꝫ tuū. vel appetitū vltio-
nis iiuste ꝯ̄ pximū. vel inuidi-
sti sibi bona spūalia vel tēpo-
ralia. aut etiā fuisti accidios⁹
et piger in diuino officio vel
ꝟmone qꝛ forte nō diligenter
attēdebas in missa: ꝟ dormi-
tabas vel ꝟmones inutiles mi-
cuisti. Istis modis ꝛ ꝯsimilib⁹
ꝯfessor dicat in genere. Et vt
meli⁹ cog̃scas modū in gene-
re q̃rendi sic q̃ras. Fili carissi
me fecisti furtū? Si dicat. sic.
dicas. vbi. qñ. q̇ tpe. q̃ ductus
necessitate. a q̇. q̇ties Nō aūt
q̃rat fecisti hoi tali ī tali loco
ꝟ eñ esset suspectū negociūꝫ
Silr de luxuria q̃rat: vtꝝ fuit
aliq̃n pollut⁹ in corpore. si di
cat. sic. q̃ras an nocte vel die
Si dicat in nocte vel in sōno.
nō q̃ras vltra. Si dicat nō in
sōno q̃ras p quē modū. cū q̇.
vel quō. ꝛ expectes ei⁹ rñsio-
nem, nec determines aliq̇d si
cut q̇dā idiscreti faciūt dicen
do. fecisti cū boue vel cū pe-
core vl' eq̃ descēdēdo ad sodo
mitica pctā: de qb⁹ forte cōfi-
tēs ignorat. Et in ꝟ grauissime
peccat ꝯfessor. Nec dicat ꝟm
Guil'. Audio ꝙ tu habitas cū
tali muliere. ꝟ ē eñ se ponere
testē vel iudicē. qđ nō dꝫ fieri
in ꝯfessione. ꝟ ea pacta dꝫ iu-
dicare ꝛc. Uerumtñ si sacdos
forte pbauit ꝙ ille forte obli
tus ē aliqđ pctm̄ qđ ꝯfessori
ꝯstat eū cōmisisse pt sibi ī me
moriā reducē dicēs. Accidit
ne tibi aliqñ iebriari vel forni
cari in isto āno. ꝛ si dixerit sic
q̃rat p̄mo de psona cū q̃ pec-
cauit. an ne sibi attinebat. et
in quo g̃du cōsanguinitatis
vel affinitat꜠. nec est ꝟ pdere
aliā psonā. vel aliū accusare.
ꝟ se liberare ꝛ mūdare ꝟacit
cū alio mō expedire nō pōt:
sine expssione illi⁹ circūstan-
tie. Multū tñ caute circa hoc
pctm̄ luxurie ē pcedendū ne
q̇d curiose inq̇rat de ipo ꝯfi-

tente. Unde ꝯsulo vt ꝯfessor circa h̄ dicat sibi. Fili mi charissime ego q̄dem verecūdor ⁊ erubesco de talibꝰ materijs inpudicis inq̄rere: nec putes ꝙ ista ex curiositate faciā, cū de eis fuissem libentius supportatus. oportet tamē ꝙ de necessitate ꝓcedaʒ more ⁊ officio medici debētis curare occultū morbū infirmi. Iteʒ aduertat ꝯfessor ⁊ diligēter ꝯsideret ꝑsone ꝯfitētis q̄litateʒ. cuiꝰ status ⁊ ꝯditōnis existat Nā si est princeps. baro. miles. nobilis vl' q̄cūqꝫ dn̄s tp̄alis q̄rat ab eo vtrū oppressit paupes subditos ⁊ aggrauauit eos laboribꝰ. vl' iusticiā facere neglexit. vl' aliq̄s impēsiones iiustas iposuit. Si vero est ꝓlatus spūalis nō ē opꝰ q̄rere de negligētia aiarū subditoꝝ. q2 ꝓsumitur si hoc faceret solus diceret eo ꝙ hʒ sufficientē cognitionē ⁊ sciētiā q̄ꝫtum ad hoc. Si aūt nō ꝯfitetꝛ de officio in q̄ est dicat ⁊ horteꝛ eū ꝓprio motu dicēs. Pater venerabilis ⁊ fili in hac ꝑte velitis attēdere dignitateʒ officij vestri in quo estis: ⁊ in remediū pctōꝝ vestroꝝ vob iniūgo vt habeatis diligētiā de animabus vobis cōmissis Si aūt est mechanicus querat ab eo vtrū in suo ope debitū equitatis modū seruet. aut si est mercator an aliquē defraudet in pondere vel mēsura. an rē viliorē chariꝰ vēdidit vl' ad vsuras pecūias mutuauit. vel ad ꝑstitā chariꝰ vēdidit. vl' causam rei vēdite nō dixit emptori sic circa equuʒ defectū aliquē vl' ipāʒ rē sicviciatā nō remissiori ꝑcio vēdidit. Aut diebꝰ festiuis ⁊ dn̄icis res suas venales expōit. Iurauit tm̄ valere cū tm̄ non valuisset. vel iurauit solꝰ emisse ꝓ tāto si est tabernator q̄rat ab eo vtrū aliquādo brasiuʒ miscuit diuersis granis. Sic apponendo aliquot choros tritici. aliq̄t saliginis. aliq̄t ordei ⁊ vendens nihilominꝰ ceruisiā ꝓ totali triticea. vel si diebus festiuis circa eā laborauit. cū h̄ ante vl' post bn̄ possꝫ expediri. Uel mēsurā miorē dedit i domo q̄ꝫ extra domuʒ bibētibus cōmiserat. Sic etiam q̄rat de vino ⁊ alijs liq̄ribus. Itē a iudicibꝰ q̄rat ⁊ cōsulibꝰ vtꝝ aliq̄n ex grā: odio timore: amore: vel ꝑuato mō. iusticiā ꝑuerterūt vl' sentētiā tulerūt ex q̄ q̄s dānificatꝰ est in rebꝰ vl' i corpore. Uel si ad penā fuerunt nimis proni cōtra simplices sentētiando penā statim ꝓ vno leui v̄bo i iudicio. Itē a patribusfamilias

q̄rat q̄ habēt seruos vel filios vtrū angariauerīt familiā die bus festiuis. vl' eoꝝ detinent mercedē. aut eoꝝ mala dissi=mulauerūt. Similiter q̄rat a seruis an fideliter seruierunt ꝛ nō subtraxerūt bona dn̄oꝝ suoꝝ. Itē si ē ꝟgo q̄rat ab ea de custodia ꝟginitatꝭ. de pu=dicicia ꝟboꝝ ꝛ honestate cō=uersatiōis. quō ꝛ cū qb⁹ solet cōuersari. Si est vidua q̄rat de deuotōe ip̄i⁹ ꝛ opib⁹ pie=tatis. an libēter seruiuit pau=perib⁹. vl' eos visitauit. vl' tp̄a lia ꝑ suo posse impēdit ꝛ ex=hibet. ꝛ an dissolute viuit seu delicate. Et isti sunt morbi vi duarū fm apostolū. Itē si est ꝯiugata q̄rat ab ea an seruet cum viro castitatē dieb⁹ festi uis ieiunij ꝛ aliaꝝ vigiliaruꝫ ꝛ tp̄e impregnationis. vel eti ā̄m part⁹. Similiter an a ma rito exigat debitū diebus fe=stiuis. aut tēpore mēstrui vel impgnatōnis. vel tēpore par tus. an etiaꝫ aliter q̄ꝫ modus nature est vir eam cognouit. Et fm hoc ꝑcedat cū quali=bet. Circa tamē viciū luxurie cautius q̄ꝫ circa quodlibꝫ ali ud se regat ꝙ circūstātias ne cessarias non inutiles ꝛ curio sas inquirat. De quib⁹ scien duꝫ hic est fm Tho. Circūstā tiarū quedā sunt trahētes in aliud genus pctī: vt coire cū coniugata ꝛc. ꝛ has homo te netur confiteri. Quedā vero aggrauātes sunt in eadē spe cie: ꝛ eaꝝ quedā sunt non ag grauātes mortalit. sic scia et hmōi. ꝛ has nō tenet cōfiteri qꝛ sunt q̄si venialis. Quedā ꝟo sunt aggrauātes mortali ter. ꝛ has opꝫ cōfiteri: vt fura ri in sacro loco: fornicari i die festo. Unī ꝟsus. Aggrauat or do locus pctā scientia tēpus. Lucta pusilla met⁹ culpe ge=nus ꝛ status altus. Conditio numerus etas ꝛ scādala sex⁹ Iteꝫ q̄rat sacerdos a cōfitēte de alienis pctis q̄ sunt noueꝫ ꝟ. Jussio ꝯsiliū cōsensus pal=po recursus. Participās mu tus nō obstās nō manifestās Jussio. i. si ꝑcipit facere ma=lū: licet sol⁹ nō iterest vl' ꝯsulu it alteri sine cui⁹ ꝯsilio non fe cisset tale factū vl' ꝯsensit faci entib⁹ malū. vel ip̄is adulat⁹ ē laudādo eoꝝ factū. Uel qꝛ malefactores habuerīt ad euꝫ recursuꝫ. vl' ip̄is participauit in maleficio. vl' tacuit nō icre pādo eos vel non deferendo superiori: vel nō resistebat cū posset. vel tenetur ex officio vel non manifestauit cum de buit manifestare.

De casibus ad papaꝫ per=tinentibus.

Onēdi sunt

p etiā hic casus ad solū papā ptinētes. Primus est de eo q̄ verberat clericum ordinatū si est lesio enormis cū effusiōe sanguis atroci. xvij. q. iiij. Si qs suadente dyabolo. Scōs est de eo qui incēdit vel frangit ecclīam. et talis anteq̄ denūciat pōt absolui ab epō. s postdenūciationē p solū papā. de sen. excō c. conq̄sti. Et idē de quolibet incēdiario postq̄ publice excōicatus est. de sen. excō. ca. tua. Tertiꝰ qn̄ papa solꝰ aliquē noiat vel noiatim excōmunicat. tūc solꝰ papa absoluit eū. de sen. excō. c. significasti. Quartꝰ. falsariꝰ litterarū pape. vel eis vtēs sciēter: vt ptz de falsarijs. c. dura. Quintus q̄ insequtur cardinalez de penis. c. felicis. li. vj. Sextus. qui grauat iudicē spūalē in psona vel in bonis vel dat licentiam grauandi pp̄ter h̄ q̄ sentētiā excōicatōnis tulit. de sen. excō. q̄cunq̄ lib. vj. Septimꝰ si qs corpꝰ defuncti scinderet vel coq̄ret p ossibꝰ trāsferendis De h̄ habet in quadā extrauagāti Bonifacij pape octaui q̄ incipit. Detestāte. Octauus. si qs inq̄sitor hereticorū odio vel grā: amore vel lucro ꝯ iusticiā vel cōscientiam omisit ꝯ quēpiā pcedere. vt de hereticis. multoꝝ. in fine. in cle. Nonꝰ si religiosus absq̄ licentia sui pp̄rij sacerdotis solēnizaret matrimoniū. aut ministraret eucharistie ⁊ vnctionis sacra. Silr etiā excoicati sunt religiosi q̄ excoicatos a canone absoluūt in casibus nō ꝯcessis vel ꝯtra statuta puincialia vel synodalia. vel a pena ⁊ a culpa. Decimꝰ si qs insequitur epm̄ de penis. Si quis li. vj. Undecimꝰ si qui religiosi inducūt aliquē ad vouēdū iurādū vel pmittendū apd̄ eos eligere sepulturā: vel vt iam electā vlteriꝰ nō imutet. de penis. cupiētes in cle. Duodecimꝰ. de his q̄ sacerdotē cogūt celebrare in loco interdicto. vel ad audiādum excoicatos vocāt vel interdictos. vel phibent ne moniti exeāt. de sē. excō. grauis in cle. Tredecimꝰ qui saracenis arma ad expugnādū xp̄ianos deferūt. vel ꝯsiliū vel auxiliū dant in dispendiū terre sctē. de iudeis. Ita quoꝝ̄dā.

Casus episcopales nūc sequūtur.

Asus vero

c epi qui notant p Jo. an. in. iij. glo.

si eps.de pe.ꝛ re.li.vj.sūt isti.
Prim⁹ absoluere excoicatos
maiori excoicatione. vt d͛ sē.
excō.nup. Scdus.imponere
penitentias blasphemātibus
nomē dei ꝛ sctōꝝ ei⁹. de cleri
cis maledicis c.ij. Terti⁹ ab=
soluere sacrilegos.de sacrile
giis.c.ij. Quart⁹.cōmutatio
quorūlibet votoꝝ.de voto ꝛ
voti redēptiōe.c.j.Excipitur
tū votū terre sctē. Quit⁹ de=
positio male ablatoꝝ icerto=
rū vel etiā certoꝝ qū nō exi=
stunt isti qbus facienda ē re=
stitutio.de iudeis.cū sit.Sex
tus. penitentiā iponere illis
q̄ matrimoniū clādestine con
traxerūt. vel ꝯ interdictū ec/
clesie.vt de matrimonio ꝯtra
īterdictū ecclīe ꝯtracto.i cle.
c.j.ꝛ vlti. Solēt etiā reseruari
epis penitētie oim publicano
rum ꝛ opp̄ssoꝝ pueroꝝ ex ꝓ
posito vel casu. Itē homicidi
um vel falsū testimoniū.falsa
rij instrumētoꝝ. Itē piurus.
icest⁹.corruptor monialiū.vl'
coeūtes cū brutis.ꝛ his simi=
lis.Et breuit͛ intelligas ꝙ q̄t=
tuor sūt casus de iure episco
pales.ꝓut determīat bñdict⁹
xj. Prim⁹ est.occisor clerici.
ꝓpter qd̄ incurrit irregulari=
tatē. Vñ epus pōt absoluere
clericū ab homicidio:ꝫ nō ab
irregularitate.vel pōt absol=
uere clericū a pctō q᷑ celebra
uit in ecclīa iterdicta: ꝫ nō p̄t
absoluere ab irregularitate i
de ꝯcta. Scd9 de incēdiarijs
qd̄ tū itellige āteq̄ sint publi=
cati.Terti⁹.vbi ē idicēda so=
lēnis pnia. Quart⁹ vbi q̄s i=
currit maiorē excoicationem
Idē aūt papa declarat q̄nq͛
casus eē epales de ꝯsuetudie
approbatos. Prim⁹ ē homi=
cidij volūtarij. Scd9 falsarij.
Terti⁹ violatorꝫ ecclīastice li
bratꝫ. Quart⁹ violatorꝫ ecclī
astice emunitatꝫ. Quit⁹ sor=
tilegi ꝛ diuatoꝝ. vt.xxvj.q.j
c.j.ꝛ icipit sua bulla i q̄ p̄dicta
declarat. Int͛ cūctas ꝛ reno=
uata est iteꝝ ꝑ ꝯciliū vienēse
in cle.dudū de sepulturꝫ. Vl=
tra aūthos casus pñt epi re=
seruare sibi alios ꝓut videbit͛
eis expedire. Sed vt oīs tol
lat͛ ābiguitas ponā cas⁹ tā d͛
iure ꝙ de ꝯsuetudie ad epm
ꝑtinētes, vt sunt isti homici=
diū.sacrilegiū. icest⁹. filioꝝ
opp̄ssio.coit⁹ cū moniali. Itē
mulier coiēs cū religioso vel
sacerdote. Itē vulnerās pa=
trē vel matrē. Itē deflorans
virginē vi opp̄ssam. Itē bap
tizans ꝓpriā filiā sine necessi
tate.vel teneus eā ad ꝯfirma
tionē. Item fractor voti sim=
plicis. Itē ꝯbēs votū simplex
castitatis. Item intrans re=

ligionē inita vxore post copulā carnis. Itē hereticā prauitatē tenēs quo ad pctm̄ tm̄. Silr symoniac⁹ quo ad pctm̄ tm̄: qꝛ irregularitas hm̄oi ptinet ad papā. Itē celebrans corā excōicatꝭ solēniter in ecclesia q̄ ad pctm̄ tm̄. ꝟ quo ad irregularitatē ptinet ad papā. Itē p̄mot⁹ p saltū ad sacros ordines. Itē ordinat⁹ ab alieno epō sine licentia proprij. Itē luxuriās i ecclia ɔsecrata Itē coiens cū iudea vł pagana. Itē ɔcipiēs a nō viro suo quē vir credendo filiū suum ɔstituit eū in heredē in p̄iudiciū alioꝝ. Itē pcurās aborsum vel sterilitatē in se vel in alio. Itē ɔhens spōsalia pter matrimoniū cuȝ aliq̄ marito interposito ɔcto. Itē scienter celebrās in ecclia iterdicta q̄ ad absolutionē pcti. sed q̄ ad irregularitatē ad papā. Itez sortileg⁹. incātator. necromātic⁹. experimētator. Itē scienter excōicatos ⁊ manifestos interdictos: vel etiā vsurarios sepeliēs. Item clādestine matrimoniū ɔhens. Itē blasphem⁹ dei ⁊ sctōꝝ. Itē incendiarius. Itē piur⁹. sodomita adulter. Itē fornicās cū filia quā baptizauit vel ad ɔfirmationē tenuit. vel audiuit ɔfessionē ei⁹. Itē celebrās in altari nō ɔsecrato. Itē celebrans sine sacris indumētꝭ. vel omittens aliquod idumētoꝝ: vt stollā vel manipulū. Itē celebrans nō ieiunus. Hec aūt penitentie ponūtur taxate īferius particulatim. Alij vero casus pter istos sūt de auctoritate plebanoꝝ.

De satisfactione q̄ est tertia pars penitētie.

e
Et autem

satisfactio ſm beatū Tho. sup. iiij di. xv. q. j. ar. iij. iniurie illate recōpēsatio ſm iusticie equalitatē vel q̄titatez Et intellige eq̄litate ꝓporcionis ⁊ nō q̄titatꝭ. Silr Anß. in lib. Cur de⁹ hō diffinit satisfactionē dicēs. Satisfactio est deo debitū ꝑut est honorem impēdere. s. rōne culpe commisse. Et iste diffinitiōes sunt satisfactionis ꝑut est medicina p̄teritoꝝ pctōꝝ ⁊ ꝓseruatio futuroꝝ. ꝟ ꝑut est ꝓseruatio a culpa diffinit sic ſm Augustinū. Satisfactio ē causas abscidere pctōꝝ ⁊ eoꝝ suggestionib⁹ aditū nō indulgere. Circa qđ sciēdū qꝛ ſm Bonauentu. vbi s̄ sine charitate nō posset se hō preparare ad habendā charitatē ⁊ faciēdā satisfactionē. ex q̄ impossibi=

le ē sine ea deo placere ꝛ opa
ei⁹ acceptari a deo. ideo nec
satisfactio sine tali gr̄a est pos
sibilis. Itē ꝯsulendū est peni=
tentib⁹ ꝙ coꝝ penitentiā ip=
sis iniūctā sine mortali pctō
cōpleant: qꝛ al's de⁹ ab eis ex
igit penā. Nā satisfactio fctā
in pctō mortali ꝛ si soluit pe=
nam debitā. nō tn̄ meret gra=
tiā vt dicit doctor subtilis vbi
supra. q. j. scdo pncipali arg.
iiij. Sꝫ si q̄ras vtrū hō pa
gēs pniaꝫ in pctō mortali ite
rū facta ꝯfessione de illo pec=
cato mortali dꝫ pagere de no
uo vel denuo istā pniam iam
pactā. vel an reuiuiscat ꝛ va=
lere icipiat illa pnia sic pacta
in pctō mortali. ex q̄ iaꝫ post
ꝯfessionē s. dam erit in chari=
tate ꝛ gr̄a. In h̄ sūt doctores
diuersi. Nā sctūs Tho. pma
facie dicit ꝙ nō viuificantur.
nec valēt ad satisfactionē il=
loꝝ pctōꝝ p q̄b⁹ agūtur. nec
etiā ad meritū vite etne. Dic
tn̄ ꝙ satisfactiones ille q̄ reli/
quūt post se effectū postq̄ ac
tus trāsit nō opꝫ ꝙ reiterent
vt ieiuniū dimittit post se de
bilitationē corporis. Elemo=
sina relinq̄t post se diminuti=
onē sbstātie. Ille vo q̄ nō re=
linquūt post se effectū opꝫ vt
reiterent. vt est orō. Ex his
pꝫ ꝙ q̄ ieiunāt p pctis existē

tes in mortali pctō nō debēt
vltra ieiunare vel elemosynā
dare si q̄ orāt in pctō existen
tes tenent repetere horas et
supplere eas. Et istā opinio=
neꝫ approbāt doctores. Do=
ctor tn̄ subtilis fauorizat pec
catorib⁹ dicēs. ꝙ q̄ vere penitꝫ
ꝛ recipit satisfactionem cōdi=
gnā sibi ab ecclīa ipositā cla=
ue nō errāte q̄ntūcūqꝫ peccet
postea ꝛ recidiuet nūqꝫ tene
bitur nisi ad illā vnicā satisfa
ctiōeꝫ adimplēdā. Et si eā im
pleat in charitate meli⁹ est.
qꝛ nō tn̄ soluit penā: ſ etiam
meret gr̄am. Sꝫ si ipleat pe=
nitētiā volūtarie extra chari
tatē: soluit q̄dē penā. ſ nō me
ret gr̄am: qꝛ nō est satisfactio
recōsiliās neqꝫ placās. Vnd
subdit ꝙ si hō magnā parteꝫ
satisfactiōis adipleuit i mor/
tali pctō ꝛ postea iterū peni=
teat de pctō nouo nō est ite=
rato iponēda penitentia pro
pctō pmo de q̄ satisfecit. licet
extra charitatē. ſ tn̄ d nouis
pctis q̄ fuerūt causa ꝙ ista sa
tisfactio fuit mortua. Et hāc
determinationē seq̄tur Iohs
parisienſ ibidē. q. v. dicens ꝛ
dās hui⁹ dicti rōneꝫ satꝭ pul=
chram. Qꝛ ex quo extra cha
ritatē sufficit satisfactio iuolū
taria ad penitentiā pcti mul=
tomagꝭ satisfactio volūtaria

cessaria etiã ante pctm̄ institutũ est a deo in statu innocẽtie. in h̄ q̄ deꝰ formauit mulierem in adiutoriũ viri. ⁊ h̄ modo dr̄ in officiũ fuisse institutum. Sz q̄ꝛtũ est in remediuz pcti fuit istitutũ post pctm̄ tẽpore legis nature. Scd̄m aũt determinationẽ psonarũ habuit institutionẽ in lege moysi: vbi nõ nisi de certis tribubus copulabant̄. Sz s̄m q̄ representat ꝯiunctionẽ xp̄i ⁊ ecclesie sic habuit institutionez in lege noua. Et s̄m hoc dicit̄ sacr̄m noue legis. Et ex hoc habet̄ q̄ due p̄ncipales sunt cause institutionis matrimonij. s. educatio ꝓlis ad cultuz diuinũ: ⁊ vitande fornicationis causa. Alie sũt multe cause minꝰ p̄ncipales. s. pulchritudo vxoris: diuitie: reformatio pacis. Et ꝓpter istas causas si etiã ducat̄ vxor seruatis verbis de presenti tenet matrimoniũ. Sciẽdũ aũt ex q̄ vt dr̄. vij. ethicoꝝ in actu carnali priuat̄ homo magno bono. s. vsu rõnis. q2 vt dicit philozophus. Talis actꝰ furatur intellectũ sapiẽtis. Et vt dicit Aug. xvj. li. de trini. ipsa voluptas carnalis q̄ maior i voluptatibꝰ carnalibꝰ neq̄t iueniri momento ipso tp̄is q̄ ad eius perueniẗ extremũ: pene oĩs acies ⁊ vis rõnis obruit̄. Nullꝰ aũt s̄m rectã rõnez dz se obligare ad aliq̄d in q̄ tantum malũ patit̄: nisi sit aliq̄d bonũ recõpensans istud dãnum. Vñ a sc̄tis patribꝰ ponunt̄ excusantia illũ actũ taz dãnosum. s. bonũ fidei. ꝓlis. ⁊ sacri. Fides hic sumpta: est fidelitas siue iusticia ad actũ ad quẽ obligat se. s. vt ille nõ q̄rat aliã: nec ecõuerso. Silr̄ bonũ ꝓlis obligat q̄ ad cultũ diuinũ. s. vt religiose. i. sancte ⁊ deuote educat̄. Bonũ autẽ sacri est illa idissolubilitas inter virũ ⁊ mulierẽ. ⁊ signat indissolubilitatẽ ꝯiunctõis xp̄i et eccl̄ie: ⁊ hoc ẽ bonũ intrinsecum matrimonij: q2 pfectio p̄ma est formalis. Prima aũt duo bona. s. fides ⁊ ꝓles sunt bona extrinseca matrimonij Ex his p3 q̄ ex quo vt dictũ est sacr̄m est bonũ excusans istũ actũ videtur q̄ actus iste matrimonialis nõ solũ est bonus: s̄ etiam sanctus. quã sanctitatẽ habet ex indiuisibilitate cõiunctionis: s̄m quã significat cõiunctionẽ xp̄i ⁊ eccl̄ie. Ita etiã dicit Tho. in distin. xxxj. in q̄rto. q. iiij. Ex quibꝰ oĩbus infertur s̄m Bonauẽ. ibidẽ. ij p̄ncipali. q. ij. q̄ q̄ coit causa fornicationis vitãde in vxore, ne sc3 vxor fornicet̄

sic reddēdo debitū nullo modo peccat: sed magis meret: quia exercet opus iusticie hoc est fidei ad quam tenetur. et ideo omni culpa excusatur. Si vero coit causa fornicationis vitande in seipso. scz ne ipse solus fornicet in hoc peccat venialiter: et hoc si nō pulsatur a carne. Nā ex quo nō pōt procreare plem. nec pter eam pcreandū coit nec cōpellitur ab vxore ad reddendū debitum. aliqua supfluitas est ibi et ideo peccat: sed venialiter. immo dici pōt fm Pe. de tharā in. iiij. dist. xxx. q. iiij. pncipali q. ij. ar. j. q quens delectationem in ꝯiuge sistēdo tū intra fines matrimonij. s. qū cum altera muliere id nō faceret veniale est pctm̄. licet etiam fiat causa explende libidinis. Sz si q rat delectationez in ea nō vt in ꝯiuge sed vt in alia muliere q cunqz tunc est pctm̄ mortale Hoc est ꝯtra Hugonem. xxxij. q. j. Quod. vbi dicit vsuz matrimonij nō posse impleri sine pctō saltem veniali: quia pōt etiā esse matrimoniū cuz sit bono intuitu sicut fuisset in statu innocētie fm Frācis cuz in rubrica de sponsalib⁹. Hoc idem innuit Jo. an. in glo. sup ca. aliud. de sen. ex li. vj. super verbo sacramētis. vbi dicit q datur gr̄a per istud sacr̄m. sz non sicut per alia sacramēta Confert aūt in hoc sacr̄o gr̄a adiuuās ad illa opa q in matrimonio reqrunt. Ratio fm Tho. in. iiij. di. xxvj. q. iiij. quia vbicunqz diuinitus dat facultas aliqd faciendi. dant etiaz auxilia sine qbus nō pōt conuenienter vti illa facultate: sed in matrimonio datur diuinitus facultas vtēdi vxore. et p cō/seqns dat gr̄a q idem cōueni enter fieri possit. Hec sanct⁹ Tho. Et p h reprobat glo. s. q. j. Quicqd. Etiam dicit doctor subtilis q effectus istius sacramēti sunt due gr̄e in aiabus ꝯtrahentiū. et hoc nisi sit obex mortalis pctī. Etenī nō sufficit ad gr̄am pcipiendā q ꝯtrahēs nō sit fictus respectu sacramēti. i. q nō ficte recipere intendit: sed opz q prius penituerit: quia illō sacr̄m nō dat penitentiā. Est ergo vn⁹ et totalis effectus istius sacri scilz gratiosa coitio animorum. Hec doctor subtilis. Pro isto dicto est c. vnicū de sacra vnctione. Ulterius est sciendum de illis q requirunt ad matrimoniū vt sit verū. Primo requiritur etas debita psonarum cōtrahentiū. Nam vir debet esse. xiiij. annorū. et feia. xij. agnorū. Uū sicut spō

salia infra septimū annū non
tenēt. sic matrimoniū etiā nō
tenet infra. xiiij. annū. Quā=
tūcūq₃ eīn fuerit matrimoniū
de ỽbo de p̄senti ifra. xiiij. an
nū. nihilominus nō est aliō ni=
si sponsalia de futuro vsq₃ ad
xiiij. annū. Et ista possunt rū
pi posq̄ꝫ sponsi vl' alter illorū
venerit ad debitā etatē. Se=
cūdo requirit ꝯsensus mutu=
us contrahentiū p̄sonaꝝ per
ỽba de p̄senti. Cōsensus aūt
ille fm Bona. in. iiij. di. xxviij
debet esse in mutuā corporis
potestatē. Verba aūt de pre
senti sūt ista ex parte viri. Ac
cipio ego te in meā vxorem.
Verba aūt mulieris sunt ista
Ego te accipio i meū viꝝ. Et
sunt ista ỽba necessaria q₂ sa
cramētū ē res sensibilis. ꝛ iō i
eo reqrit signū exp̄ssiuū q̄ ex
p̄ssio cōuenictiꝰ fit pỽba de p̄
senti. vū ꝛ iste ꝯsensus pōt bn̄
p alia ỽba expediri vel exp̄=
mi inter hoīes vsitata q̄ istis
eq̄pollent dicēdo. Cōsentio i
te tanq̄ꝫ in vxorē. Silr si pre/
cessit iterrogatio inter aliq̄s
de ꝯhēdo. Si alter eoꝝ dicat.
volo te de cetero hr̄e i vxorē
Et illa rūdet. Et ergo te volo
hr̄e in virum. Vel volo ꝙ tu
sis vxor mea. ꝛ illa. ꝛ ego ha=
beo te p viro. In omnibꝰ tali
bus cōtrahitur matrimoniū.

Sz si diceres. volo te accipe i
vxorē vel volo in te cōsentire
tāq̄ꝫ in vxorē nō eēt mr̄imoni
um. Silr si dicat vir. pmitto
ꝙ te nō dimittā p meliori vel
p peiori. etiā iudicandū est p
matrimonio. Itē si post datā
fidē dicāt aliq̄ bibamus noīe
mr̄imonij et osculemur nos.
vvilhelmꝰ dicit ꝙ nō est mr̄i=
moniū nisi vellent p hō recedē
a sponsalibꝰ ꝛ ꝯhere de p̄sen=
ti quia illō dictū significat fu=
turū matrimoniū. ꝫ si diceres
bibamus p matrimonio con
tracto esset mr̄imoniū. Frāci
scus tn̄ dicit ꝙ illa ỽba biba=
mus noīe mr̄imonij sunt ꝯfes
sio veri mr̄imonij: ꝛ ꝫ ē mr̄i=
moniū. In oībus autem istis
vbi ỽba dubia sunt recurren
dum ē ad intentōēꝫ ꝯhentuꝫ
ꝛ ad cōmunē ỽboꝝ vulgariū
intelligentiā. Unde credo ꝙ
per illa ỽba sponsi interroga
ti scꝫ in polonia dicendo. N.
placet tibi habere. K. in vxo
rem. illo respondente. placet.
ꝛ mulier interrogata respon=
deat similiter. contrahat veꝝ
mr̄imoniū. ar. c. ex lr̄is de spō
salibꝰ. Nam p illa ỽba oēs
in polonia intelligunt cōtra=
hi mr̄imoniū. Ergo si sic vici=
ni cōmuniter intelligunt de=
bent etiā ꝯhentibꝰ illa ỽba fa
cere eundē sensum. Nā vt di

cunt doctores in.c.ex lris.de sponsalib9.in talib9 recurrendum est ad intellectū vicinorū.Hoc approbat Frāciscus ibidē.Et dicit Hosti.q̄ qn̄ unus alter nō intellexit ad litteras vel linguā.si tn̄ intellexit affectū vel sensuz nutu vel signo sufficit.Et nō refert an nutu vel ligua itelligat.ar.de trāslatōe iter corporalia.xliij.di.si rector.Unde si spōsus dat anulū dicendo in theutonico p v̄ba de p̄senti.z sponsa persona recipit anulū.annuēdo dz p̄sentire in dicto.c.ex lris. Dicit etiā Franciscus de sarabellis in ca.ex pte.de sponsalib9q̄ si dicat vir.pmitto q̄ te ducā in vxorē.z de cetero te nebo te vt vxorē.Si talis cōtrahit cū alia p v̄ba de p̄senti adherebit scđe pter verba illa ducā te q̄ sunt de futuro. q̄ etiā verba restringūtur per sequētia cū dixit tenebo te vt vxorē.Et dicit Innocentius q̄ hec verba ducā nō sonant tm̄ actuz:s; etiā ius:vt sit sensus.pmitto q̄ tūc siā tua legitima vxor.Et h̄ ē si sunt v̄ba mulieris.Illa aūt v̄ba pmitto q̄ tenebo te pro vxore h̄nt sensum.ac si dicat vir.habeo tecū matrimoniū.vel accipio te in meā vxorē.z pmitto q̄ de facto tenebo te pro vxore

Si autē dicat.pmitto q̄ nun q̄z habebo aliam nisi te.licet istam nō tenet simpliciter accipere si nullā vxorem in vita sua vult ducere tn̄ si vellet ducere aliā nō potest:qz de cōmuni vsu loquēdi sensus est. Recipiā te z nō aliā si vxorē voluero ducere.Itē si cōcubina dicat alicui:nolo q̄ me cognoscas nisi tanq̄ vxorem z vir taceat z cognoscat Dicit Johannes de lignano q̄ ē p̄sumptū matrimoniuz.Sed tamen Caspar dicit q̄ non qz nō expsserunt.z etiā qz tacēs habet p cōdicente in hoc casu cū agat de obligatōe ipius.s. sub pditōne vel sub mō.Sub pditōe sit vt cōho tecū si patri meo placuerit.vel si inuenero te habere centū marcas.z sic de similib9 z talis contractus suspendit matrimoniuz.vsq̄ ad existentiā cōditōis.i.non prius tale matrimoniū tenebit nisi ipleat illa cōditio.Si tn̄ interi p̄sensus de p̄senti vl' copula carnalis fuerit sbsecuta tenebit matrimoniū.eo q̄ tales vident recessisse a pditione vt ō pditōib9appositi.de illis.z.c.sup eos.z.c.p tuas: Et h̄ itelligēdū ē de pditione honesta q̄les sunt due ille sup posite.Nā si eēt pditio ō sub stantiā mr̄imonij vt cōho tecū

si nõ ꝓlificabis: vel donec mi
hi aliã inueniã. vel si te expo=
nas ꝑ questu ꝓstituendi oẽs
tales nihil agunt. Si tñ q̇s di
cat. ꝯtrabo tecũ si te v̾ginẽ in
uenero: ꝛ postea seq̄tur coit⁹
nec iuenitur v̾go. dic̄ Bern̄. ꝛ
Host. ꝙ iudicabit̄ ꝑ matrimo
nio: ꝛ hoc in foro iudicij. tñ in
foro aie non sic iudicabit̄. q̇a
dignũ est vt mulier q̄ mentita
est se esse v̾ginem maneat de
cepta: ꝛ vt viro subueniatur
qui forte vult vitare bigamiã
Sed sub mõ ꝯtrahitur sic. do
tibi tunicã vel cĩgulũ vel anu
lũ: vt ꝯtrahas mecũ alioquin
reuoco qđ donaui. talis con/
tractus statim tenet. Sꝫ si nõ
fuetur mod⁹ poterit reuoca=
ri. Dicunt tñ doctores ꝙ licet
posset ꝯhi mr̄imoniũ sub ꝯdi
tõe: nõ tñ sub mõ: ꝛ hꝫ ẽ tenen
dũ. Matrimoniũ tñ ex causa
contractũ tenet siue causa sit
vera siue falsa: vt ꝯtraho tecũ
qꝛ pulchra es siue diues. nisi
causa essꝫ ita falsa ꝙ ꝯtineret
in se aliqđ impedimentuꝫ: vt
cõtraho tecũ qꝛ libera es. nã
si nõ eẽt libera nõ teneret ma
trimoniũ ꝛc. Et sciendũ etiaꝫ
ꝙ si q̇s ꝯhit cũ aliq̄ cũ ꝯditio=
ne. deinde tñ ante aduẽtũ cõ
ditionis contrahit cũ alia pu
re debet manere cũ scđa. etiã
si sit consanguinea prime

De impedimẽtis mr̄imonij

Nunc vidẽdum est de ĩpedi=
mẽtis matrimonij
Sunt autẽ. xij. impedimenta
que impediunt matrimoniuꝫ
ꝯtrahendũ ꝛ dirimũt iam cõ=
tractũ ſm Inno. i. c. iuuenis.
de sponsalib⁹. Primũ ẽ furor
xxxij. q. viij. c. neqꝫ furiosus.
vbi dicit neqꝫ furiosus: neqꝫ
furiosa ꝯhere possunt matri=
moniũ: sed si cõtractũ fuerit:
scꝫ ante furorẽ non separent̄
scꝫ ꝑpt̄ furorẽ. Et rõ qꝛ tales
nõ possunt ꝯsentire: si tamen
hñt lucida interualla tunc bñ
pñt. vt dicit glo. ibidẽ. Scđm
si esset vtroqꝫ articulo. i. testi
culo carẽs vel ĩpotens coire.
xxxij. q. vij. Illi. Tertiũ ẽ affi=
nitas: vt si q̇s sponsam de pre
senti ꝯsanguinei sui recepit in
vxorẽ ꝛ eam cognouit impe=
dit̄ ꝯhendũ ꝛ dirimit̄ ꝯtractũ
ita ꝙ p̄ma restituit̄: ꝫ mulier
nõ põt induci ad abstinentiã
ꝑpt̄ publice honestatis iusti=
ciã: vt de eo q̇ cog̊uit consan=
guineã vxoris sue. c. discretõ
nem. Quartũ ẽ error ĩ ꝑsona
vt cũ q̇s putãs ꝯtrahere cum
R. ꝯtrahit cũ vrsula. Quintũ
est error ĩ ꝯditõe ſuili: vt si q̇s
ꝯhit cũ aliqua putãs eã eẽ li/
berã cũ tñ est illibera. vt d̾ cõ

iugio seruoꝝ.c.ij. Sed quid dicendum est de iacob q̄ dece ptus est in ꝑsona.s.q̄ putans rachelem cū q̄ ↄtraxerat iue nit lyam: ꝛ tamē tenuit matri moniū. Respōsio ſm gratia= nū.xxix.q.j.c.j.ꝙ illud matri moniū non tenuit ex ꝑceden ti cōsensu sed subsequenti qꝛ post copulā carnalez in eadē consensit de nouo. Erroꝛ ta= men qualitatis non excludit vt si putaꝛ bon⁹ q̄ tū ē malus cōsensuz matrimonij: vt si pu tatur ꝟgo que tamē inueniꝛ coꝛrupta. Similiter erroꝛ foꝛ tune: vt si putatur sponsa di= ues q̄ tamen est paup. In oi= bus istis casibus non dirimiꝛ mꝛimoniū ↄtractū. Sextū est votū solenne vt sacri oꝛdinis vł ꝓfessiōis. vñ si q̄s ꝓfessiōe facta ī religiōe vł ī sacro oꝛdi ne vxoꝛē duxit dirimiꝛ matri moniū: vt q̄ clerici vel vouen tes.c.insinuāte. ꝛ de voto.ca. vnico.li.vj. Alia aūt vota sim plicia lȝ īpediāt ↄtrahendum nō tū dirimūt iā ↄtractū: vñ si q̄s vouet simpliciter nō velle ducere vxoꝛē ꝛ postea duxe= rit tenet mꝛimoniū. Sed ille peccat moꝛtaliter sic ↄtrahēs ꝛ non debet petere debitū ab vxoꝛe: ꝫ tū teneꝛ reddere qñ petiꝛ ab eo: vt notāt doctoꝛes in ca. rursus. q̄ clerici vł vouē tes de q̄bus vide ibi materiā istā. Sȝ tū si q̄s hñs votū sim plex q̄rat a sac̄dote an posset ↄhere dat consilium hostī. ꝙ potest dicere ꝙ sic. Si autem querat vlterius an tale ma= trimonium tenebit debet di= cere ꝙ nō, al's peccaret. quia daret occasionem moꝛtaliter peccandi. Septimuȝ si machi natus est in moꝛtem pꝛioꝛis coniugis seu vxoꝛis. vel eam ducere pꝛomisit. de eo qui du xit in matrimoniū quam pol luit per adulterium cap. signi ficasti. Et dicit Johan. anđ. i cap. laudabilem de cōuer. in= fideliū ꝙ quādo machinatio est ab vtroq̄ȝ.s.a viro ꝛ a mu liere in moꝛtez mariti tūc suf= ficit ad dirimendū matrimo= niuȝ sine adulterio. Qñ vero machinatio est ab altero tm̄ tūc nō sufficit sine adulterio: vt ꝯ diuoꝛtijs.c.j. ꝛ istđ ī pmē= dū ē mēti qꝛ raro iste pūctus bñ itelligiꝛ. Octauū si ē altꝰ s cultꝰ vt sarracenꝰ vł iudeus. xxviij.q.j.caue. Nonū si ꝑ vi coactꝰ ē ↄhere. vt de spōsali/ bus cū locū. Et itellige de vi vł metu q̄ cadit in ↄstātē virū vt dicit glo.j. ibidem. q̄ etiam dicit ꝙ minoꝛ metus excusat feminā q̄ȝ viruȝ. qđ silr nota. Decimū ē sacer oꝛdo vt q̄ cle rici vel vouētes.c.j. ꝛ devoto

ca.vno.lib.vi. Undecimū si ē alteri nupta de spōsa duoꝝ.c ij. Duodecimū est publice honestatis iusticia.de spōsalibꝰ c.iuuenis.⁊.c.ad audientiã. Sūt alia duo impedimēta q̄ impediūt ⁊ nō dirimūt.s.tp̄s feriaꝝ: vt de ferijs.c.capellanus. Et interdictum ecclīe vt de desponsatōe impubeꝝ.c. ad dissoluēduz de oibus istis dātur v̄sus.p Johēz an.i sū. quarti sub hac forma. Error ꝯditio votū cognatio crimen Cultꝰ disparitas vis ordo ligamē honestas. Si sis affinis vl' si coire neq̄bis. Hec socianda vetāt cōnubia iūcta retractāt. Et de vltimis duobꝰ dātur v̄sus. Ecclīe vetitū necnō tempus feriarum. Impediūt fieri pmittunt facta teneri.

De cautelis huius sacri.

Primo caueat vir ne volens a muliere extorquere carnalē cōmixtionē fingat se eam ducere velle non habēs tamen intentionē ⁊ ppositū eam ducendi. Nā talis si eaz non ducat grauiter peccat. licet in foro penitētiali nō iudicatur p matrimonio. Et licet mulier q̄ simplici aīo sibi ꝯsentit a pctō excusatur. tñ deceptor talis si vult verā penitētiam agere necesse habet eaz sine fictione ducere quātū in eo est vel dare sibi virū cōuenientem vel aliter satisfacere Et hoc ꝼm Tho. Et hoc si vir est equalis ꝯditionis cum illa Nā si vir esset melioris cōditionis puta nobilis ⁊ mulier rustica vel ribalda potest pbabiliter p̄sumi q̄ non fuit decepta ꝟ se decipi finxit: ⁊ tunc in tali casu si ille nō aīo ducēdi cohabitauit cū ea nō tenet̄ eā ducere. nec ei satisfacere: vt dicunt doctores. Secūdo caueat ne quis sponsam suaz contractis sponsalibus anteq̄̄ solēnitates mrīmonij fiant scz anteq̄̄ i facie ecclīe copulent̄ audeat cogńscere nā talis peccat ꝼm vvilhelmū. Et h̄ intellige in illis partibus vbi p̄me nuptie benedicūtur. Unde cum iste non sunt v̄gines: nec alter illoꝝ post illam occultam cōmixtionē si accipiunt benedictionē quā soli v̄gines vel alter ipsoꝝ accipere ꝯsueuit peccāt. cū scdē nuptie non sunt bñdicende. si tñ nō essʒ ꝯsuetudo i aliq̄bꝰ partibus p̄mas nuptias bñdicēdi sicut ē i polonia credo q̄ spōsus cognoscēs sponsam anio ꝯsummādi mrīmoniū anq̄̄ in facie ecclīe copulent̄ non peccent nisi venialr̄. hec Tho. in

iiij.sniaꝝ.disti.xxviij. Tertio
caueat vir ne cũ illa cõtrahat
ꝑ verba de p̃senti cuz qua al=
ter cõtraxit per verba de fu=
turo ⁊ copula carnali consũ=
mauit: qꝛ nec verũ nec aliqđ
censet̃ matrimoniuz qđ post=
modũ de facto est subsecutũ
vt de spõsalibꝰ.is qui. Quar
to caueãt parentes ne cõtra=
hant ꝓ filijs aut ꝓ filiabꝰ spõ
salia vel matrimoniũ cũ addi
tione pene. nã talis adiectio
pene nõ valet de iure: vt dꝛ in
ca. gẽma: de spõ. eo ꝙ mr̃imo
nia debẽt esse libera. Et h̃ est
cõtra nostrates q̃ stipulãt pe
nas nisi impleãt filij eoꝝ volũ
tatẽ. Dicit tñ Frãciscus de sa
rabellis. Joh. an. Uincẽtius
⁊ abbas in dicto c. gẽma. ⁊ ar
chid. xxx. q. ij. c. vno ꝙ bñ pos
sunt stipulari vel dari pigno=
ra inter cõtrahentes: sed non
pene. Rõ qꝛ pena solũ ꝓmit
titur. arre xͦo dant̃. faciliores
aũt sumus ad ꝓmittẽdum q̃
ad dãdũ. Itẽ arre fiunt i mo
dica quãtitate. pene xͦo i ma
gna: ⁊ iõ timore magne quã=
titatis posset quis cõpelli ad
matrimoniũ. Uincẽ. tamẽ di
cit ꝙ si sint extranei omnino
qui non habẽt cõtrahẽtes ꝑ
sonas i sua ptãte. isti pñt sti=
pulare penas inter se ⁊ ꝑdũt
eas. vł acq̃rũt si spõsi nõ stãt
in eoꝝ ꝓmissiõibꝰ. Inter xͦo
parẽtes vł alios q̃ hñt spõsos
in ptãte non habz hic locũ de
pignoribus. Etiã teneas ꝙ si
dat̃ pignꝰ loco arre tũc tenet
si aũt ꝓ pena tũc nõ. Itẽ si da
tur ꝑ ꝯuẽtionẽ nõ tenet. si ãt
ꝑ traditionẽ tenet. Hoc autẽ
dꝛ fm̃ Jacobuz de arra ꝙ rõ
pignoris tenet. si tradit̃. secus
si ꝯstituit̃ tm̃: qꝛ qñ ꝯstituitur
tm̃ tũc cedit loco arre ꝟ si ꝯsti
tuit̃ cedit loco pene. Quinto · Nota: ~
caueãt ꝑhentes ne in cogna=
tione carnali spũali vel legali
ꝯtrahãt. Nã ꝓhibẽtur ꝯhere
consanguinei vsqꝫ ad quartũ
gradũ inclusiue in collaterali
bus. in ascendẽtibus autẽ ⁊ i
descẽdentibꝰ ꝑpetuo. In co=
gnatõe aũt spũali ꝓhibẽt̃ hi.
scꝫ baptizatꝰ ⁊ leuãs. Bapti=
zatus ⁊ filij leuãtꝭ. Itẽ bapti=
zatꝰ ⁊ ꝯiũx leuãtꝭ p̃us cogni=
ta. Itẽ leuãs ⁊ parẽtes leuati
Et eodẽ mõ dico de baptiza=
to ⁊ baptizãte. Silr̃ inter ꝯfir
matũ ⁊ tenẽtẽ ⁊ inter ꝯfirmã=
tẽ ⁊ ꝯfirmatũ. In alijs autem
sacramẽtꝭ nõ ꝯtrahit̃ talis co
gnatio. s. in penitẽtia. qꝛ peni
tentia nõ est sacramẽtũ colla
tũ ꝑ modũ generatõis sed sa
natõis. ideo ꝑ ipz nõ ꝯtrahit̃
spũalis cognatio. alś eñi filiꝰ
p̃sbiteri nõ possꝫ iuenire vxo
rẽ i tota parrochia sm̃ Tho.

in.iiij.sententiarū di.xxij.q.D
ar.ij.lz inter sacerdotes ⁊ cō
fitētē ꝯtrahit̄ fedus:nō tñ de=
riuat̄ ad alios eoꝝ cognatio.
tñ cathecism⁹ licz impedit cō
trahendū nō tñ dirimit ꝯtra=
ctum. vt de cognatione ſpūa
li p cathecismū.lib.vj. Itē co
gnatio legalis ipedit vſqꝫ ad
emācipationē.Est aūt cogna
tio legalis illa qñ q̇s adoptat
in filiū aliquē extraneū coraz
iudice.⁊ dico corā iudice. q̇a
al's facta in p̄uato nihil valet
ſm Hosti.de cognatōe legali
ca.vnico.⁊c.Et q₂ iſta cogna
tio apd̄ nos hodie ñ viget.iō
de ipa ſupſedeo. Sexto ca
neat vir ne dimittat vxorem
ſuā ꝑpter quācūqꝫ cauſā:niſi
ꝑpt̄ fornicationē. vt d₂i glo.
ca.j.q̄ſiuit de diuortijs. Et in
tellige tā de fornicatione car
nali q̄ꝫ etiā ſpūali: ſicut ē ydo
latria vel heresis. Vl'r ſi mor
tem viro machinat̄. In iſtis
tñ caſib⁹ nō ducet aliā q̄ꝫdiu
viuit quā dimiſit.xxxij.q.iiij.
oēs cauſationes. Nō q₂ lz q̇
ad cōiugalē thoꝝ ſit diuiſio ⁊
diuortiū nō tñ quo ad vincu
lum qd̄ ē indiſſolubile ⁊ ꝑpe=
tuum.Ex h̄ ptz q̄ mulier a vi
ro nō ſeparat̄ ꝑ furto vel pro
alio crimie vel ꝑ alio impedi
mento .vt d₂ in c.q̄ſiuit. de di
uortijs. Nec etiā ꝑ aliq̄ defe=
ctu corporali.ſ.pro ſurditate
cecitate.ꝑ fetore oris ⁊c. Et
intellige etiā q̄ q̄ꝫtūcūqꝫ eſſet
notoriū crimē fornicationis i
vxore nō pōt vir ſine iudicio
eccl'ie ꝓpa auctoritate eā di=
mittere.lz bñ pōt debitū ſibi i
p̄uato denegare.Arch.in ca.
porro.⁊ c.ſignificaſti.de adul
terijs. In hoc tñ caſu qñ alter
fornicat̄ ſpūaliter.ſ.ſi labatur
in heresim nō pōt is q̇ rema=
net in fide aliā ducere illa vi=
uente heretica. Secus ſi ali=
quis infidelis vel pagan⁹ cō=
uertit̄ cui⁹ vxor nō vult con=
uerti:vel nō vult cohabitare
ſine contumelia creatoris.q̇a
talis pōt ꝯtrahere etiā viuen
te tali vxore.vt de diuor.c.v.
Septio caueat vir ne vxo
rem i adulterio dep̄henſam i
terficiat:q₂ licz ſm leges ciui
les ſi puniat̄ talis occiſor aliq̄
pena. tñ ſm ius diuinū punit̄
xxxiij.q.ij.inter hec. vbi exp̄ſ
ſe prohibet̄ tale vxoricidium
Debet eīn poti⁹ eā corrigere
⁊ ſibi recōciliare cū de⁹ para
tus ſit accipere ipſius pniam
exēplo mulier' adultere.Joh.
viij.vt dicit Bonauen.in.iiij.
diſt.xxiij.q.j.⁊ Tho.q.j.Quin
etiā addit q̄ occidēs vxorem
ꝑpter adulteriū vel odiū ex
ſtatuto eccl'ie cōtrahere cum
alia non d₃.⁊ maxime ſi occi=

dat eam vt ꝯtrahat cū alia. secus ē si nō eo aio. q2 tūc lz nō debeat cōtrahere: si tñ cōtrahit tenet. Octauo ne aliqs habēs aliquē sacrū ordinem ꝯtrahat matrimoniū: q2 tale matrimoniū non tenet. vt de voto c. vno li. vj. Silr ecōuerso caueat ne ꝯtrahens ꝑ vba de p̄senti cum aliq̄ sacrū ordinem accipiat. q2 talis dz restitui vxori. ⁊ si pōt esse sine scādalo vxoris dz deferre habitum ⁊ coronā clericalē. Nec pōt cōtrahere post mortē illius vxoris. Et si ꝯtraxerit nō tenet mr̄imoniū fz Inno. Nec etiā post mortē vxoris poterit ī suscepto ordine ministrare. vt in extrauaganti Johis pape vigesimiscdi q̄ incipit. Antiq̄. Talis eñ restitut⁹ vxori tenebit̄ reddere debitū: ſ̄ non poterit petere. Nono caueant cōiuges ne post bñdictionem acceptā p̄ma nocte commisceāt̄. vt. xxiij. di. sponsus. Albi etiā dr q bíduo vel triduo debēt ꝯtinere. vt in. xxx. q. v. aliter. Sz hoc est ꝯsilium nō p̄ceptū. ⁊ ideo ne q̄s obliget sub p̄cepto sponsos ad talia hoc pono ꝑ auisamento. q2 multi faciunt indiscrete cō scientiā de talib⁹ ipsis cōiugibus ꝑ modū precepti. qd̄ fieri nō dz: ſ̄ ꝑ modū ꝯsilij tñ ⁊c.

Decimo caueat vir vel femina ne sine parentū consilio vel cōsensu nubat. quia dicit Amb. in lib. de patriarchis. Nō est vginalis pudoris eligere maritū. Unde ⁊ Euaristus papa dicit: q2 aliter non est legitimum coniugiū nisi a parentib⁹ tradat̄. Et Euripidion in ꝑsona cuiusdā femine legitur dixisse. Sponsaliū meorum pater meus curam subijt. maritum eligere non est meum. Hec omnia habentur xxxij. q. ij. Non omnis. §. Cū ergo dicitur. ⁊. §. honorantur Si tamen fecerit tenet matrimoniū. q2 hoc soluz est de honestate: ⁊ non de necessitate. maxime si habet annos legitimos scz vir quattuordecim ⁊ femina duodecim Dicūt tamen leges q femina post. xxv. inuitis parentib⁹ nubit. ⁊ verum est. Undecimo caueat sacerdos ne clādestine aliqs copulet. hoc est ne pretermissis bannis in ecclia aliquos introducat siue copulet. Nam talis sacerdos suspēdit̄ ꝑ triennium. vt notat̄ de clandestina desponsatione. c. Cū inhibitio. Duodecimo caueat sacerdos ne benedicat scd̄as nuptias: q2 irregularitatē incurreret. pōt tñ ꝑ epm̄ sup eo dispensari. vt in extrauagan-

Caveat sacerd[...] ne desponset a[...] qs clandestine

et ne benedicat [...] cu. las nuptias.

ti Johis.xxij.q̄ incipit. cōcen
tationi. Tredecimo caueat
vir ne semꝑ exigat vł reddat
debitū vxori:qꝛ hoc p̄ceptuꝫ
de redditione debiti cū affir=
matione nō obligat: nisi ꝓ lo
co ꝛ tꝑe ẜm Joh.parisiē. Qꝛ
obligat semꝑ.ꝫ nō ad semper
nec ꝓ semꝑ.ꝫ qñ pōt esse de=
bite circūstantionat⁹ ẜm do=
ctorē subtilē.in.iiij. di.xxiiij.
qꝛ fortiori vinculo obligatur
ad nō reddendū:vt in h̄ casu
qꝛ tenet̄ nō occidere fetūꝫ in
vtero p̄gnātꝭ:vel nō ēē causa
aborsus Silr̄ ſi redditio debi
ti vergit in detrimētū sanita=
tis nō tenet̄ reddere:qꝛ tenet̄
poti⁹ ꝓpꝛiam incolumitatē q̄ꝫ
istō detrimētū vitare i ꝯiuge.
Silr̄ nō tenet̄ satisfacere vo=
luntati mulieris tꝑe mēstrui
ne ꝓles nascat̄ leprosa q̄ als
pōt ꝓcreari sana:Etiā qꝛ ta
lis coitus inducit ꝑpetuā ste=
rilitatē in muliere ẜm Aug.ꝓ
pter cōmixtionē seminis cū san
guine.vñ si cōtigeret nasci fe
tum fit leprosus scabiosus ce
cutiens:vel iterdū caducus.
vel obsessioni demonū tanq̄ꝫ
vas inmunde cōpositū aptus.
Et ideo in lege mosayca acce
dens ad mēstruatā morte mo
riebat̄ : q̄ mors nō infligebat̄
nisi ꝓ mortali.Et si dicit̄ tū le
proso viro tenet̄ mulier red=
dere debitū. licet nō tenet̄ se
cum cohabitare:vbi tū certis
simū est q̄ ꝓles nascet̄ lepro=
sa.ꝫ simile est in menstruata.
Rñdeo ẜm doctorē subtilem
vbi supra:qꝛ in mēstruo pōt
expectari tēpus ꝯgruū vt na
scatur ꝓles sana.in lepra ꝯo
nō. Uñ meli⁹ est q̄ nascatur
leprosa vel aliq̄lis q̄ꝫ omnino
nulla:qꝛ melius est sic esse q̄ꝫ
non esse. Uerūtū dicit Tho.
vbi supra.q.ij.argu.ij. Si est
fluxus inaturalis ꝛ diuturn⁹.
pōt vir ad talem accedere.qꝛ
als oporteret virū ꝑpetualit
abstinere. Dicit etiā q̄ mlier
menstruata pōt reddere de=
bitū viro petenti.dꝫ tū eū ad
uertere p̄cib⁹ vt sufferat.non
tū ita efficaciter dꝫ auertere
q̄ possit esse occasio sibi inci=
dendi in aliq̄s pessimas cor=
ruptiōes sicut ad id pronus
credit̄.Si autē credit q̄ petit
ignoranter dꝫ mulier aliquā
occasionē p̄tendere:vel infir
mitatē allegare : ne debitum
reddat:nisi piculū viro time=
atur. Dicit aūt Tho.q̄ acce=
dens ad p̄gnatā non semper
peccat mortaliter.nisi timea=
tur aborsus.Dicit etiā ipe q̄
si tunc vir preter consuetudi
nem ꝛ modū a natura institu
tum q̄ꝫtū ad situ exigit debi=
tum a ꝯiuge puta a parte po

sterioři vel ad latus nō semꝑ
est pctm̄ mortale: ꝫ qn̄qꝫ pōt
esse sine pctō. Dimittere aūt
ꝓpriū vas semꝑ ē pctm̄ mor=
tale ⁊ sodomiticū: q2 hoc est
ꝯtra naturā cōiugij. Hec san=
ctus Thomas.

De expositione misse.

h

Oc facite i

meā cōmemorati
onē. Luc.xxij. de
ꝯse.di.ij.iterat. Q2 ꝫm beatū
Tho. in tertia parte summe
sue.q.lxxxiij.ar.iiij.mysteriū
nr̄e salutis totū cōprehendit
in sacr̄o eucharistie. ideo ta=
le sacr̄m pre ceteris agit cum
maiori solēnitate. que quidem
solennitas in misse officio cō
sistit. vbi recolitur singularis
memoria dñice passionis: iux
ta qd̄ ipse iturus ad passionē
fieri ꝓcepit dicens. Hoc faci=
te i meā cōmemorationē glo
sa. id est in memoriaz mortis
mee. Et q2 singule partes mis
se inenarrabilē dulcedinē re=
dundant diuinoꝝ mysterioꝝ.
Designant eñ gesta facta et
opa xp̄i qui operatus est sa/
lutē in medio terre. ⁊ ꝓcipue
circa mysteriū sue passionis.
resurrectionis. ⁊ ascensionis
ideo de singulis particulis hu
ius sacri officij breuiter inten
damus. Circa qd̄ sciendū ꝙ

missa dr̄ pmo a mittendo: qa — *Missa*
āgeli ibi mittunt. vt dic̄ Gre.
de ꝯse.di.ij.ꝙ si sanguis. Se=
cundo rōne filij q ibi mittit a
deo patre. Tertio ratiōe no/
stri qui mittim9 vota nostra
ad deū per sacerdotē: vt nob
deus mittat benedictionē et
grām. Quarto rōe.s.cathe=
cuminoꝝ: q vt dicit Hugo an
tiquit9 admittebant vsqꝫ ad
offertoriū: ⁊ ab offertorio fo=
ras mittebant. Cathecumini — *Cathecumini*
aūt erant nouiter credentes
nōdū baptizati. Habet autez
multa noia istud officiū misse
seu sacramētū. Dicit eñ mis=
sa ꝓpter rōnes ꝓdictas. Itez
dr̄ eucharistia ab eu qd̄ ē bo= — *Eucharistia*
num. ⁊ charis grā quasi bona — *hostia*
grā. Dicit hostia ab hostib9
vincendis: q2 per eam nostri
hostes vincunt. Immolatio — *Immolatio*
dr̄ ꝫm Isi.vj.ethimo. ab in et
moles q2 in mole. i. in cumu=
lo altaris sacrificat. Commu — *Communio*
nio dr̄ q2 est esca omniū fide=
liuz. Juxta illud. Oēs de vno
pane ⁊ de vno calice partici=
pamus. Dicit viatic9: q2 dat — *Viaticum*
in hac via ꝓsentis vite ad su=
stentationē. Dicit sacrificiuz: — *Sacrificium*
quasi sacrū faciēs: q2 mystica
ꝓce ꝯsecrat. in psalmista. Im
mola deo sacrificium laudis.
⁊c. Dicit etiā actio ꝫm Leo= — *Actio*
nem papā: q2 hic q̄si i quodā

iudicio agim⁹. Nã loc⁹ est ec
clesia. iudex de⁹. actoꝛ dyabo
lus. reus ppls. ꝯsciētia testis.
sacerdos defensoꝛ. Sic dicit
Aug. de se in orõne quadam
Sũme sacerdos qui me iter
te ⁊ meum ppl̃m esse voluisti
⁊c. Scd̃o vidēdũ ē q̃s institu
it missam. Rñdeo ꝙ Petrus
Jacob⁹ ⁊ basilius cesariēsis
ep̃s. De petro d̃r in cronic̃ ꝙ
p̃mus antiochie p̃mã missam
celebrauit sub trib⁹ orõnibus
vt dicit Hugo de sctõ victore
li. ij. de sacramētis. c. viij. De
iacobo ⁊ Basilio habet̃ de cõ
se. di. ij. Jacob⁹. Dic̃ aũt Ar-
chid̃. i dicto. c. Jacob⁹ ꝙ iaco
bus instituit dicere secretam.
Basili⁹ aũt alia addidit. Pro
quo sciēdũ ꝙ missa quõdam
nõ cũ tanto apparatu nec cũ
tanta solēnitate dicebat̃. Pri
mo eñ ab ap̃lis dicebãtur tm̃
illa ꝟba in celebratõe misse q̃
dñs dixit. Hoc ē eñ corp⁹ me
um: ꝫ postea ap̃li addiderunt
dñicã orõnē. Et adhuc etiam
ap̃loꝝ ꝯsuetudo p̃sentat̃ sin-
gulis annis sctõ die veneris.
excepto ꝙ illo die nõ ꝯsecrat̃
Postea ap̃li vel eoꝝ successo
res instituerũt ꝙ ep̃la ⁊ euan
geliũ legeret̃ ante sacrificiuꝫ
Primo aũt legebat̃ epistola.
Secũdo euãgeliũ. Tertio do
minica orõ. Quarto dicebãn
tur ꝟba dñi: ⁊ tũc offertoriuꝫ
inchoabat̃ a lectore. qui mos
sabbato sctõ pēthecostes ad-
huc seruat̃. Postea ꝟo sc̃i pa
tres ⁊ ap̃li illas solēnitates q̃
nũc sunt in missa addiderunt
vt Alexãder Gelasius Greg
Leo. Celestin⁹ Damasus ⁊c.
Canonē aũt dicit Greg. fuis-
se ꝯpositũ a quodã scolastico
Ap̃lici tñ ibi multa addider̃t
sicut īfra patebit in suis locis
de q̃lꝫ istoꝝ sp̃aliṫ. Tertio vi-
dendũ ē de p̄patõe sacerdot̃.
Et q꞉ sacerdos ē q̃si pugil q̃
dimicare habet cum diabolo
ꝓ delictis ppl̃i in missa. iõ ar-
mat se p̃mo orõnib⁹. secũdo
vestib⁹ sacris. tertio cerimo-
nijs debit̃. Pri͠o igit̃ dicit ps̃
Quã dilecta. Bñdixisti. In-
clina. Credidi. ⁊ De pꝛofũdis
Et hoc q̃tũ ad illos q̃ dicunt
officiũ romanũ qd̃ Linus in
stituit. Dicunt̃ autē isti quiqꝫ
psalmi s̃m Inno. ꝓpter trans
gressionē q̃nqꝫ sensuũ. Et eti
am q꞉ in q̃libꝫ eoꝝ fit comme
moꝛatio de his q̃ spectãt ad il
lud sacrĩn ⁊ ad remissionē pec
catoꝝ In p̃mo d̃r de altarib⁹
Altaria tua dñe ꝟtutũ. In se
cundo de mĩa dei: ibi. Osten-
de nobis dñe ⁊c. In tertio de
orõne. ibi venient ad te ⁊ ado-
rabũt corã te. In q̃rto de ob-
latõne. ibi. calicē sa. ac. ⁊c. In

q̄nto de finali redēptōne ibi. Quia apud dn̄m misericordia [et]c. Secūdo sacerdos ornat se pectendo pilos et purgando cuulsos: p qd designat cogitationū malo[rum] mundatio. Tertio lauat man[us] iuxta illd Isa. Lauamini mūdi estote. Quarto induit sacris vestib[us]. Circa quod sciendum q[uod] aliter īduitur ep̄s. q[uam] simplex sacerdos. Nam episcopus s[ecundu]m Johem beleth. p[ri]mo induit sandales vel sotulares. qd desig[na]t ocreas pugillo[rum]. Ip̄e eni[m] tunc debet pugnare cum diabolo. v[n]ñ accipit sp[irit]ualia arma. Alba p lorica operitur. cingulū p arcu. subcingulum p pharetra: [et] dicitur subcingulū quo stola ligatur. Stola circūdat collum. quasi hastā cōtra hostē vibret. Manipulo proclamat Casula quasi clipeo ptegitur Libro p gladio vtit[ur]. Mitra quasi galea caput ptegit. Sz simplex sacerdos p[ri]mo habet calceos sine quib[us] nullus debet celebrare. etiā q[ui] hz ex voto p[ro]fessionis incedere discalciatus s[ecundu]m Bern. de parātinis Et hoc significat humanitatē xp̄i quaz Johannes baptista calceum appellauit. vnde in signum desponsationis xp̄i [et] ecclesie incedimus discalciati. Et demum sacerdos ponit humerale quod designat velamen xp̄i quod habuit cuz sibi dicebatur velato capite. p[ro]phetiza nobis xp̄e. Alba sig[nifica]t vestimentum quo herodes illusit xp̄m. Luce. xxij. Cingulum significat flagellum quo cesus est circa columnā. Joh. xix. Manipulus funem quo ligatus fuit. Joh. xviij. Comp[re]henderunt [et] ligauerūt eum Stola significat ligamen quo ligatus fuit ad columnaz. Casula significat purpureū vestimentū. Ista sp[irit]ual[ite]r sig[nifica]nt v[ir]tutes in sac[er]dote. Nā humerale sig[nifica]t fidē quā ap[osto]l[u]s appellat galeā. Eph. vj. Alba spē q[ue] totū ptegit. Roma. viij. Spe salui sumus. Cingulus iusticiaz Isa. xj. Erit iusticia cingulū lumborum eius. Manipul[us] significat fortitudinem cōtra impedimentum diaboli. Stola ab vtroq[ue] humero significat prudentiam [et] temperantiam. Casula que totum operit significat charitatem. Habet ergo sac[er]dos simplex sex indumēta: quia habet sex officia scilicet baptizare. p[re]dicare cathecizare. ligare. absoluere [et] consecrare. Episcopus v[er]o habet nouē. s. caligas. sandalia. succitoriū. mitrā. dalmaticam. tunicaz. cirothecas anulum [et] baculum: q[ui]a ep̄s habet

plura officia q̄ sacerdos. scꝫ
ꝟgines cōsecrare. ecclias de=
dicare. clericos ordiare. syno
dum celebrare. chrisma confi
cere. vestes. vasa. ⁊ alia sacra
eccl̃ie ornamenta cōsecrare:
⁊ cōfirmare. Consecrationē
aūt vestimētoꝝ predictorum
Stephanꝰ instituit anno dn̄i
cdvij. Deinde sacerdos acce
dens altare dicit. Aufer a no
bis dn̄e cūctas iniqtates no=
stras ⁊c. signādo se in facie. p
quod petit oia impedimenta
a se auferri seu remoueri. Tā
dem osculat̃ reliquias in me=
dio altaris dicēs. Oro te dn̄e
ꝑ merita oīm sanctoꝝ moꝝ
⁊ eoꝝ quoꝝ hic ossa recondi
ta sunt vt eoꝝ itercessione no
bis digneris idulgere vniuer
sa dl̃icta nostra p quod petit
sctōꝝ suffragiū quasi ex se sit
indignus. Deinde osculat̃ li=
brū dicens. Dignꝰ sum dn̄e ac
cipere librū ⁊ apperire signa
cula eius: qm̄ occisus es pro
nobis ⁊ redemisti nos deo in
sanguie tuo. Osculū illud qđ
facit in medio altaris signifi=
cat iudaicū populū. Euange
liū ꝟo gentilē q̄ p euangeliū
credidit. Vn̄ qꝛ xp̄us vtriqꝫ
populo veniēs in mundū de
dit pacē. ideo vtrūqꝫ osculat̃
Qđ aūt ꝑus sacerdos acce=
dit ad dextrū cornu altaris si
gnificat ꝙ prius xp̄us predi=
cauit iudeis. deinde gētibus.
His expeditis vidēdū est de
ipso officio qđ habet sex par
tes. quaꝝ ꝑma vocatur ꝑpa=
ratio ⁊ durat ad epistolā. Se
cunda instructio: ⁊ durat ad
offertoriū. Tertia oblatio: et
durat ad ꝑfationē. Quarta
ꝯsecratio: ⁊ durat vsqꝫ ad ore
mus ꝑcepti. Quīta sacramē
ti ꝑceptio: ⁊ durat vsqꝫ ad cō
muniōnē. Sexta grāꝝ actio:
⁊ durat vsqꝫ ad finem

De prima parte misse. .j.

T quia po
pulus debet ꝑmo
venire cū mentis
deuotōe ad ecclesiā. iō missa
ꝑmo icipit̃ ab introitu. Pro
quo sciendū ꝙ olim missa in/
choabat̃ a lectionibꝰ sicut ad
huc fit in sabbato pasche ⁊ pē
thecostes. Vn̄ celestinus pri=
mus natiōe romanus. Anno
dn̄i. ccccxxvij. instituit vt ab
introitu inciperet̃. Post quē
Gregorius ꝑmus anno dn̄i.
cccccix. cantualē introitū con
posuit ⁊ significat desideriū
sctōꝝ patrū q̄ incarnationē
christi desiderabāt clamātes
deuote. Emitte agnū dn̄e do
minatorē terre ⁊c. Et iterum
Vtinā disrūperes celos. Per
ꝟsum aūt designat̃ desiderij

introitꝰ.

numerositas:q2 diuersi diuer simode clamabāt. Ideo autē vt coiter introitus sumit̄ de psalmis:q2 olim cātabant̄ in ꝑncipio misse.cl.psalmi: ꝭ qa tediosum pplo erat.ideo Pelagius statuit vt solū aliquid de ipsis sumeret̄.s.introit⁹ cū v̄su. Aliq̄ tū sancti habēt speciales introitus in suis festis ꝓpter reuerentiā eoꝝ. Additur etiā glīa patri: q2 lz solus filius sit incarnat⁹ tū tota trinitas operata est incarnationem:qd damascen⁹ papa instituit. Obmittit̄ tū i missa defunctoꝝ:q2 illi nō sunt in statu glorie ꝭ pene. Simile i dñica passionis dñi. q2 tunc non recolit̄ gloria ꝭ ↄfusio in ꝑsona filij dei facta. Resumit̄ autem introit⁹ ideo q2 tam ꝑcedentes q̄ seq̄ntes sancti in fide xp̄i sunt ↄcordes.vñ ꝛ qui ꝑcedebant ꝛ qui seq̄bant̄ clamabant osanna. Sciendū aūt q̄ sacerdos dz ꝑmo egredi de sacristia qñ introit⁹ inchoat̄. Signat aūt egressus ille xp̄i egressum de vtero virginis gloriose:de quo ꝓcessit tanq̄ spōsus de thalamo suo

Scdo ppl's dz venire cū mentis humilitate.qd desig̃t Kyrie eleyson.qd etiā Greg.papa cātare nonies istituit. Et ē grecū significās tm̄ sic̄: dñe miserere. Fit aūt in greco vt innuat̄ xp̄i titulus script⁹ fuisse grece.hebraice.ꝛ latine.vñ osāna ꝛ sabaoth hebraica sūt reliqua v̄o latina. vel vt omnis lingua ↄfiteat̄ xp̄i passionem. Et fit nonies vt ad nouem ordinū angeloꝝ cōtemplationē possim⁹ peruenire. Triplicat̄ aūt ad laudē trinitatis. Et recte seq̄tur post introitū. Introitus eñ significat aduentū xp̄i in carnē. Kyrieleyson v̄o in mentē. qd signat̄ ꝑ hoc qd dr̄ miserere nob

Tertio dz popul⁹ venire cū mentis erectione qd signat cātus angeloꝝ.s. Glia in excelsis deo. Et recte sequit̄ post illa duo.ad signdū q̄ hō ad aduentū xp̄i in carne ꝛ mēte debet gaudere gaudio spūali et vocaliter exꝑmere. Et primo icipit̄ a sacerdote.scdo a choro cōplet̄ per qd designat̄ q̄ ꝑmo vnus chor⁹.i.vnus angelus in natiuitate dñi incepit istuz hymnū.post hoc alij multi ipm ꝓsequebant̄. vt dr̄ Lu.ij. Et q2 iste hymn⁹ dict⁹ est ad laudē dei in natiuitate qui est mediator dei ꝛ hoim. ideo in medio altaris dr̄: vel q2 in media nocte nat⁹ ē. Et q2 etiā iste hymn⁹ in ortu xp̄i in mundū dict⁹ est.ideo facie versa ad orientē ipse incipit̄.

Et q̄2 istud cātic͡ū ēleticie. iõ
in aduētu nõ canit̃: q̄2 sc̄ti pa
tres nõ in re ꝫ in spe habuerūt
p̄miū. Spes aūt q̄ differt̄ af=
fligit aīam. Prouer. xiij. Silr̄
in. xl. ⁊. lxx. vbi recolit̃ lapsus
p̄mi hominis flebilis nõ dicit̃
Unde nonē septimanis tace
tur ꝓpter nouē chorox̄ āge/
lox̄ cõlortij p̄uationē. Itē in
die inocentū nõ cantat̃: q̄2 fu
erunt nõ in gloriā ꝫ in vitupe
riū xp̄i occisi. Generaliter tñ
d̄2 iste hymnus q̄ñ d̄2 Te deū
laudamus. excepto sabbato
pasche ⁊ cena dñi ꝓpter spe=
ciales rõnes. In cena autem
dñi non dicit̃ nisi ab ep̄o Sed
sabbato pasche ab oibus: q̄a
illa missa ē quodāmodo diei
sequētis. s. resurrectionis xp̄i
vñ in nocte deberet celebrari
de ple. di. ij. nocte. Deinde sa
cerdos v̄tit se ad populū di=
cens: Dñs vobiscū. qd̄ valet
tm̄. i. dñs tribuat pctõrib⁹ af=
fectum ⁊ volūtatē bonā. Sz
ep̄us dicit pax vobis: quia ē
vicarius xp̄i. q̄ dixit ap̄lis su=
is post resurrectionē suā: pax
vobis. q̄si diceret in p̄senti de
tur vobis pax pectoris. et in
futuro pax eternitatis ⁊ cho=
rus r̄ndet. Et cū spū tuo. id ē
dñs q̄ est in corde tuo sit etiaz
nobiscū in corde nostro. Et h̄
v̄bū dñs vobiscū sumptū est
de libro Ruth. c. ij. Sic em̄ le
gitur booz salutasse messores
suos ⁊ ꝓpheta in Paral. asa
regē ⁊ qui cū eo erant ⁊ ange
lus salutās gedeonem dixit.
dñs tecū. Sz hoc v̄bum. ⁊ cuz
spū tuo sumptum est ab ap̄lo
ad Thimo. vlti. Sciendū ta=
men q̄ sacerdos v̄tit se i mis/
sa quinquies ad designandū
q̄ xp̄us post resurrectionē su
am ipso die resurrectõis q̄n/
quies apparuit suis electis.
Primo marie magdalene. se
cundo mulierib⁹ tertio petro
q̄rto duob⁹ discip̄lis i emaus
euntibus. quīto oibus disci=
pulis absēte thoma. Et quia
popul⁹ cõuenit ad orandum
cū intentione impetrandi. iõ
statim sequitur collecta. Uñ
dicit sacerdos. oremus signifi
cans illud qd̄ xp̄us dixit apo
stolis. Orate ne intretis in tē
tationē: per quod etiam red=
dit se indignū. vnde quasi cõ
uocans ad se fideles dicit ore
mus. i. omnes orate vt quod
petimus facilius impetrem⁹.
Et tunc d̄2 collecta seu oratio
que designat q̄ xp̄s dans no
bis exemplū orauit. Et dicit̃
collecta: q̄2 fit super populuz
collectū vel quia in ea colligi
tur populi oratio seu dep̄ca=
tio. Et fit i dextera parte alta
ris. per quā designantur bo=

na eterna ⁊ spũalia .q̃ primo
sunt petenda iuxta illud. Pri
mũ q̃rite regnũ dei. Fit etiaz
versus orientez iuxta Dama
scenuz.li.iiij.ca.xj.vt paradi=
sum affectare monstraremus
que est in partib⁹ oriẽtis. Se
cundo vt xp̃m crucifixuz qui
versus orientẽ stans in cruce
respiciebat attendam⁹. Ter=
cio vt ip̃m iudicem indeven=
turum significemus. Quãdo
q̧ aũt dr̃ vna orõ rõne solẽni
tatis. Aliqñ due vel tres vsq̧
ad septenariũ ⁊ non vltra q̃a
ſm Inno. dñs septẽ petioni=
bus docuit orare. Et etiã q̃a
vltra in tediũ vertereť. de cõ
se. di. ij. cum omnia. Qñ aũt
iponũtur plures collecte tũc
p̃mo imponãtur due postea
tres vel p̃mo vna vel postmo
duz due ita q̧ maior numer⁹
sequať. Et semp̃ fiãt i nume=
ro impari: q2 p̃sone diuine sunt
impares in numero. Et dirigũ=
tur oẽs orões patri ⁊ filio ⁊
nõ spũisctõ: q2 cũ ipse sit do=
nũ a dono nõ petiť donũ ſm
Bern. de parantinis. De mõ
aũt cõcludẽdi collectas danť
v̾sus. Per dñm dicas cũ pa=
trẽ p̃sbiter oras. Cũ xp̃m me=
mores p̃ eundẽ dicere debes
Cũ xp̃o loq̃ris. p̃ eundẽ dice=
re queras. Qui tecũ si sit col
lecta finis in illo. Si spiritus
almus eiusdez dicere debes.
Hoc ẽ. vbicũq̧ ad deũ patrez
dirigitur orõ. ⁊ nõ ẽ mẽtio de
filio dicať p̃ dñm ⁊c̃. Si autez
ibi est mẽtio filij dicať p̃ eũdẽ
dñm ⁊c̃. Si autẽ ibi ẽ mentio
de spũsctõ dicať p̃ dñm ⁊c̃. q̃
tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate
eiusdẽ spũsct̃i deus p̃ oĩa se=
cula seculoꝝ amẽ. i. p̃ oĩa p̃ñ=
tia ⁊ futura. Null⁹ aũt debet
sibi facere nouas collectas q̃
nõ sunt ab eccl̃ia p̱bate. q2 h̃
p̱hibuit ꝯsiliũ africanũ cui i=
terfuit. Aug⁹. Sciẽdũ etiã q̧
si iponť collecta defunctorũ
in missa viuoꝝ q̧ illa debz eẽ
penultima ⁊ nõ vltima: q̃a fi=
nis dz suo p̃ncipio conuenire
Nullo aũt mõ in missa defun
ctoꝝ collecta p̱ viuis dz im
poni: q2 mortui viuos iuua
re nõ p̃sit. Itez collectas dici
precepit Symachus natione
sardus anno. cccc.xciiij.

De secunda parte misse

Expedita pri
ma parte misse que
est ad populi p̃para
tionem dicendũ est de secun=
da q̃ est ad populi instructio
nem ⁊ incipit ab epistola in q̃
doceť pp̃ls in diuinis mãdatis
Et habet sex partes sciliz my
sterialem informationẽ. de q̃
in ep̃la penitẽtionalez o pati=

onē de q̄ i graduali. salutarez lamētatōnē. de qua in tractu spūalem exultationē. de qua in alla. principalē instructōez de qua in euāgelio. ⁊ specialē fidei instructionē. de q̄ in symbolo. Scdm aūt Inno. epistola significat officiū p̄cursoris: qui preibat ante faciē dn̄i. Et qꝛ predixit. penitentiā agite. ideo sequitur graduale. Sed quia post penitētiā sequitur gaudiū. qꝛ ipse dixit. Appropinquabit eim̄ regnū celoꝝ. ideo sequit̄ alleluia qđ ē cantus gaudij. Et qꝛ post Johis doctrinaz secuta est doctrina xp̄i. ideo sequitur euangeliū que est doctrina xp̄i post quā secuta est fides apostoloꝝ. iđ sequitur symbolū. Quare āt epistole nō fiūt de libris moysi: qꝛ in illis ꝓmittūtur temporalia. In epistolis vero pauli eternalia. Et hac rōne lectiones de libris moysi terminantur in grauem accentuz. Sed lectōes epistolarū in acutum quia sursum tendūt. Graduale s̄m Inno. đr a gradibus in quibus cantabat̄. ⁊ significat conuersionem fideliū penitētiuz. Et interponitur v̄sus ad designanduz q̄ nullus veraz penitentiā facit nisi plene cōuersus sit ad deum. Et obmittitur graduale i festis paschalibus: ⁊ loco eius đr. Hec dies. Quia illi dies statū ecclesie futurum felicem insinuant scz statum post resurrectionē vbi non erit pena sed gaudiū Alleluia vox leticie significat gaudium penitentium quod habent ex promisso p̄mio. Et canitur etiā in aduentu. quia licet sancti patres habuerunt spem de incarnatione christi. tamen quia certi de hoc erāt ideo exultabant. Sed in septuagesima obmittit̄: quia tūc casus primi hominis defletur loco cuius canitur tractus cū ꝓlixitate ⁊ asperitate vocis. significans ꝓlixitatez miserie p̄sentis incolatus Et hoc Symachus papa instituit sicut ⁊ collectas. Addit̄ etiā quādoqꝫ ꝓsa post alleluya. scilz que est vox exultatōnis. ad signādum gaudium corporis ⁊ aīe Et est instituta a Nicolao papa. Prius eim̄ cātabatur neuma quoddam longū post alleluia. loco cuius Nicolaus papa in festiuitatibus p̄cipuis prosam cātare instituit Significat etiam diutina ꝓtractio notarum ipsius alleluia gaudiuz celestis patrie quod est absqꝫ fine: ⁊ fit sine voce significatiua. quia tale gaudiū nulla lingua exp̄mere potest ⁊c. Euangeliuz quod legitur

in sinistra parte altaris desi-
gnat q̈ p ipsum pctõres sunt
vocati. Et dr versus aqlonez
ad euitationẽ maloꝝ ⁊ imita
tionem bonoꝝ. Mali enĩ per
aquilonẽ significant. Nam p
aqlonẽ dyabolus frequẽter
designat cõtra quẽ est euan-
geliũ. Et dr in loco alto scz in
pulpito: qd nõ fit in epla: qa
altus locus datur ꝑnantibus
euãgeliũ qz celũ. Et ꝑpter h
etiam terminat in altũ. Pre-
mittitur aũt ante euãgelium
dñs vobiscũ. salutatio popu-
li p qd disponit pplm ad au-
diendũ deuote. Et chorus re
spondet. ⁊ cuz spũ tuo. i. sicut
tecum est deus ad dicendum
ṽbum dei. ita nobiscuz sit ad
audiendũ. Deinde signat se
in ꝑncipio ⁊ in fine. Primo i
libro facit signũ crucis q̃si di
cat crucifixũ ꝑdico. Scdo in
pectore q̃si dicat crucifixum
credo. Deide in facie: ac si di
cat crucifixũ ꝑdicare nõ eru-
besco. Silr popul9 faciat ne
dyabol9 ṽtat facies ac mẽtes
eoꝝ ab auditione ṽbi dei in
ꝑncipio. ⁊ in fine: ne ṽbũ tol-
lat de cordib9 eoꝝ. Debet eti
am ppls stare ⁊ non sedere in
signũ q̈ sunt parati pugnare
ꝑ euangelio ⁊ caput eleuare
in signũ reuerentie Et h sta-
tuit Anastasius papa prim9
anno dñi. cccc. ⁊. iiij. habet eti
am de cõse. di. j. aplica. Item
arma vel baculos ponere in
signum q̈ iuxta doctrinã euã
gelicã parati sunt non armis
ꝫ patientia se defendere iux-
ta illud. Si q̃s te percusserit
ad vnã maxillã ꝑbe ei ⁊ alte-
ram. Aliqñ aũt thurificat cir
ca euãgeliũ per qd significat
odor bone operatõnis iuxta
illud. Sic luceat lux vr̃a ⁊c.
Dat etiã osculum libri tñ sa-
cerdotibus post euãgeliũ et
clericis. ad designandũ q̈ ip-
sis debent esse manifesta di-
uina secreta. ceteris aũt i pa
rabolis Luc. viij. Post hoc
canit symbolũ vicenũ: quod
Marcian9 roman9 post Sil
uestrũ instituit anno dñi ccc.
xxxix. Et dr a sim q̈ est con ⁊
bolos morsus q̃si cõpositum
p morsellos paruos. i. articu
los. Est enĩ collectũ ex diuer
sis locis sacre scripture i quo
est tota fides. Compositũ est
tñ ꝑpter maiorẽ cautelã. s. ꝑ
pter hereticos: ne sit difficile
q̃rere articulos fidei in scri-
pturis multis. Et est triplex
symbolũ. Primũ apostoloꝝ
scz credo. qd cõmuniter dici
tur in ꝑma ⁊ in completorio.
Scdm Athanasij. s. Quicun
q̈z vult saluus esse. Et terciũz
nicenũ quod in synodo nice

na fuit compositũ. Istud aũt potꝰ canit̃ in missa ꝙ̃ aliud: qꝛ conditum est tp̄e veritatis ꝓpalate contra hereticos insurgentes: ꝛ clarius est determinatiuuz fidei ꝙ̃ symbolum aploꝝ. ideo potꝰ canit̃ istud ꝙ̃ illud. Vñ licet eadẽ sit veritas vtrobiqꝫ. magis tñ clare ĩ vno ꝙ̃ alio. Canit̃ autez alte ꝛ expresse vt omnes illud discant ꝛ sciant.

De tercia parte misse

Consequẽter videnduz ẽ de tertia pte misse q̃ dꝛ oblatio q̃ ꝯtinet sub se sex ptes. Pria ẽ ppli exultatio ꝑ qbꝰ offerre dz. ꝛ hec signatur per offertoꝛiuz. Secunda est oblationis p̄sentatio ibi. Suscipe sctã trinitas. Tertia est altaris thurificatio. Quarta coꝛdis humiliatio. cũ dicitur in spũ humiliationis. Quita sequens orationem. s. secretũ Sexta manuũ ablutio. Circa quod sciẽdũ ꝙ sacerdos post symbolũ dicit dñs vobiscũ. ad significandũ ꝙ ex quó debet ad oblationẽ accedere. ꝛ nulla oblatio potest esse accepta sine deo. iõ dicat dñs vobiscũ Et quia tam sacerdos ꝙ̃ populus debẽt esse valde attẽti circa oblatõez hostie salutaris vnde tunc quasi excitãdo populũ sacerdos dicit. Oremus Non tñ vlterius ꝓsequtur voce alta: ꝫ sub silẽtio dicit offertoꝛiũ. per quod denotat suaz intentionẽ maxie recollectaz ad deũ. Significat etiaz illud silentiũ latibulũ xp̄i ante passionẽ. qñ iudei ꝯspirauerũt ꝯ̃ eũ vt si quis eũ ꝯfiteret̃ extra synagogã fieret. cãtat tñ tunc choꝛus valde letabũde ad designãdũ hylaritatẽ offerẽtiuz qꝛ datoꝛẽ hylarẽ diligit deus Et qꝛ legit̃ etiã d̃ dauid ꝙ cytharã cũ cantoꝛibꝰ percutiebat. Tenẽtur autẽ fideles ad oblatões ſm ꝯsuetudinez approbatã in aliquibꝰ festiuitatibus: vt de ꝯse. di. iij. ois xp̄ianus. quia dictum est a dño. Non apparebis in cõspectu meo vacuus. Liceat aũt hoc sit p̄ceptũ tñ ꝙ̃tũ ad ꝙ̃titatẽ. vt tñ vel tantũ offeratur nõ est p̄ceptũ ꝫ ꝯsiliuz. iuxta illõ Exo. xxv. Ab omni homine q̃ offert vltroneus accipietis eas scilicet oblationes.

Sequitur secũda ps tertie ptis. scꝫ oblatõis p̄ntatio Circa qd̃ sciẽduz ꝙ sacerdos volẽs p̄sentare oblatõez deo parat p̄mo materiã. Et p̄mo ꝑ hostia accipit panẽ triticeũ

azimũ mundũ ꝛ purũ ꝛ.p san
guinis cõfectiõe accipit vinũ
bonũ ꝛ sapidũ admixta mo=
dica aqua que possꝫ absorbe
ri a vino. quo facto dicit. Fi=
at hec cõmixtio vini pariter ꝛ
aque In noie p. ꝛ fi. ꝛ. ss. De=
inde accipit calicem tenendo
vna manu i medio. ꝛ reliqua
sustentando pedẽ calicis: ꝛ al
te subleuando dicit. Suscipe
sctã trinitas hanc oblationeꝫ
q̃ oratio de se indicat quid vł
ꝓ quo tũc orat᷑. tunc em̃ orat
ecclesia deũ ꝛc. Dicta autem
ista oratione debet calicẽ de=
ponere deorsum ꝛ patenã de
sup ꝑ tollat. ꝛ panem ad pedes
calicis collocare videlꝫ inter
se ꝛ calicẽ ſꝫ modũ magis cõ
munẽ. Calix significat xp̃i di=
uinitatẽ. patena hũanitatem
q̃ diuinitatẽ sicut patena cali
cem cõtexit. Sꝫ tunc patena
sub corporali obseruat᷑. qꝛ di
scipuli relicto xp̃o oĩes fuge
runt. Calix aũt corporali opi
tur qđ sig̃at sepulturã xp̃i. de
bet aũt corporale esse de lino
mũdo ꝛ cãdido ſm Hugoneꝫ
ꝛ ſm cõcıliũ lugdunẽ. vt etiã
habet᷑ i bocardo. li. iij. Hoc in
stituit si uester p̃m⁹ anno dñi
cccxv. Nec debet in eo alteri
us rei materia p̃ciosior aut vi
lior misceri. vñ dicebat Joh.
de deo ſm ꝙ refert archid᷒: de
ↄse. di. j. ↄsultu. ꝙ illi grauiter
peccant ꝛ offendũt q̃ mittũt
corporale ↄfici cũ farina ad h᷒
ꝙ stet rigidũ sup᷑ calicẽ. Nec
tale corporale dꝫ ꝑ mulieres
lauari nisi ꝑ sacerdotẽ p᷑i⁹ la
uet᷑ in vase specialiter ad hoc
deputato. i q̃ nihil ẽ postmo=
dũ lauãdũ. vt dꝛ de ↄse. dist. j.
nemo. Significat aũt hoc cor
porale ſꝫ arch. vbi sup̃ eccliã
Quod aũt supraponit᷑ calici
significat ꝙ xp̃i passiõeꝫ eccle
sia nõ desinit imitari. Corpo=
rale aũt mlt̃o labore cãdidat᷑
ꝛ ecclia mlt̃o labore xp̃o con
format᷑. Itẽ sig̃t syndonem in
qua xp̃us fuit inuolut⁹: ꝛ ĩđo
fit corporale de lino: q̃a sicut
linũ multis pulsionib⁹ ꝛ tunsi
onib⁹ ad cãdorẽ deducit᷑. ita
ecclia ꝑ illđ significatuꝫ q̃ per
corp⁹ xp̃i intelligit᷑ mlt̃ꝭ p̃ssio=
nib⁹ ꝛ passionib⁹ ad candorẽ
vite et̃ne ꝑducit᷑. Et ita etiaꝫ
corp⁹ xp̃i ꝑ illud significatũ ꝑ
multas tribulatõẽs venit ad
glĩam: vt dic̃ glo. j. c. consultu.
de ↄse. di. j. Et qꝛ dictuꝫ est ꝙ
calix coop̃t⁹ significat xp̃i se=
pulturã hinc est ꝙ tũc maria
mag. venit vngere iesum. ꝛc.

Ertia pars

t est altarꝭ thurificatõ
maria ꝓcı magdalẽa
accepit librã vnguenti nardi

piſtici precioſi ꝛ vnxit pedes
ieſu. ꝛ dom⁹ impleta ẽ ex odo
re vnguẽti. Et ſacerdos i mo
dũ crucis ſupducit ꝛ circũdu
cit incenſum ſupra ſacrificiuȝ
ꝛ altare vt ꝛ crucis ſignaculo
ꝛ thuris icẽſo diabolice frau/
dis malignitas extricet̃ ꝛ ef=
fugiat. Quod vͦo tertio ſup=
ducit ꝛ circũducit incẽſuȝ de/
ſignat ꝙ maria ter exhibuit ꝛ
adhibuit vnguentũ circa cor
pus ieſu. Primo cũ vnxit pe
des ipſius in domo ſymonis
pharisei. Scdͦo ĩ domo ſymo
nis leproſi ſup caput eius vn
guentuȝ effudit. Tertio cum
emit aromata vt veniens vn
geret ieſum ꝛc. voluntas eiũ
reputat̃ ꝓ facto. cũ ꝛ p ſeip=
ſam nõ ſteterit q̊ min⁹ expleſ=
ſet qđ icepit. Qđ vͦo poſtmo
dũ vndiqꝫ totũ incẽſat̃ altare
deſigñt ꝙ factũ illđ totã reſper
ſit eccliam. ſicut dñs ipe teſta
tur dicens. Amen dico vobis
vbicunqꝫ ꝛc. Math. xxvj. Et
Leo papa ſtatuit incenſuȝ ſu
per oblatã fieri: qđ ꝛ cõaliuȝ
rothomageñ. fieri ſtatuit. De
alijs etiã thurificatõis ſignifi
cationibus plura vide in rati
onali diuinorum.

ſ Equit̃ quarta pars tertie ptis de hũiliatõne. vbi
ſacerdos dicit inclinato capi=
te. In ſpũ hũilitatis. ꝛc. ꝛ eſt
oratio Dañ. iij. cap. vbi ſacer
dos ꝓfunde inclinatur habẽs
manus ante pectus. ꝛ circa h̃
oſculatur altare in ſignũ cru=
cis: qꝛ per paſſionẽ crucis re=
conciliati ſumus deo ꝛ i eius
amiciciaȝ admiſſi. ad Eph. ij.
Alij tñ non oſculantur hic al=
tare. Deide ſeqt̃ur orõ. Ubi
ſciendū ꝙ ſacerdos vertit ſe
tũc ad populũ eos ſalutando
dicẽs hec vͦba. Orate pro me
pctõre ꝑ que vͦba ſacerdos i=
plorat auxiliũ circũſtantiũ ꝓ
pter altitudinem ſacri. Et de=
bẽt iſta vͦba ſonoroſe ꝛ expſ=
ſe dici. Et tunc vͦtit ſe ſacdos
ad alterã partez dicens. Dñe
exaudi orationẽ meaȝ. qꝛ tũc
orat ſingulari orõne. Et in h̃
multi errãt ſuppſſe illa verba
dicẽtes ꝛ cũ hoc nolẽtes ſe vͦ=
tere ad pplm nec ad alteram
partẽ altarꝭ qđ nõ ẽ ſine pctõ
Iſta aũt ꝯuerſio ad pplm cũ
ſilẽtio ſubſeqñte ſignificat oc
cultã apparitionẽ xp̃i qua ap
paruit petro: qꝛ licet certũ ſit
ꝙ ei in die reſurrectionis ap=
paruit: vt đr. Luc vlti. tñ icer=
tũ eſt vbi ꝰ ſit ſub ſilẽtio. Uñ
q̃nto ſeqt̃ur ſecreta qꝛ ſecrete
đr vt notet̃ mentalis ꝯuerſio
ad deũ: vt ſit ſacrificiũ aĩ deũ
gratũ. Debẽt ei tot dici ſecre

te qꝫ fuerūt in principio col lecte et eodem ordine poni et cōcludi. Sed tñ in fine omnium dicitur expresse. p omnia secula seculorū. Scꝫ ad significandum q licꝫ sacerdos orat vt psona singularis tñ exquo ꝓ toto populo orat. iō occulte non debet finiri. Uel ad innuēdū q sacerdos hic postulat auxiliū populi. vñ expsse respondet clericus amen. ad designandū q post lazari resuscitationem christus publice predicauit.

Estat nūc r videre de quinta parte tercie partis que dicit sequens oratio vel præfatio. que habet quattuor partes. In pma ppsus salutatur cū dr. Dñs vobiscū. In secunda ratio assignat. ibi vere dignū ꝛc. In tercia laus diuina a populo cātatur: cum dr. scūs scūs scūs ꝛc. In quarta canō ipe inchoatur ibi. Te igit clemen. ꝛc. Quātū ad pmum sacerdos salutando populū pmo excitat eū ad attentionem dicens dñs vobiscū. Scdō ad mentis erectionem ibi. sursum corda. Tercio ad grarūactōes ibi. gras agam⁹ Excitat aūt ad attētōeꝫ propter reuerentiaꝫ sacri in quo xp̄us sumit ipe fons bonitatis iō sacerdos dicit. Dñs vobiscum. Deinde dicit. sursū corda. ad designādū q circa hoc sacrm debem⁹ habere altitudineꝫ cōtemplatōis. et ea que sursuꝫ sunt appetere: vt dicit Col. iij. Et etiā qꝛ istud sacramentū nō pōt rite pfici sine illo q est sursuꝫ a q cūcta bona ꝓcedūt: vt dic Grego. Et a q omne bonū ꝓcedit vt dicitur Jaco. j. Et ad designandū q hoc sacrm nō ꝓdest nisi habētibus corda sursuꝫ. Ad qd statum rñdet minister. habemus ad dñm. Et est sensus. i. habemus corda nra ad dñm leuata. Sꝫ forte in h multi mentiunt hñtes corda depssa. qs arguit ppha dicēs. Filii hoīum vsqꝫ grraui corde. Tertio excitat ppls ad grarūactiones. ibi. gras agam⁹ dño deo nro. Ubi vide, cōgruentiā laudis quia eū est dñs ergo a seruis vult laudari. Malach. j. Si ego suꝫ dñs vbi est honor meus. Et qꝛ deus ideo vult coli et qꝛ noster est. ido specialiter vult honorari vl venerari. Et qꝛ taꝫ innocētes q penitētes habēt laudare deū. ideo dr recte. dignū et iustū est. Et certe dignū ratione sue maiestatis iuxta illd Apoc. vij. Benedictio et claritas et sapia et grap

actio honor ꝛ ỽtus ꝛ fortitudo deo nr̃o. dignum etiã pro tantis beneficijs nobis impẽsis dignũ rõne supabundantis charitatis. ex quo ꝓprio filio suo nõ pepcit deꝰ ꝛc. Quarto statim rõ assignat̃ huius a sacerdote cũ dr̃. Uere dignũ Et hic incipit prefatio q̃ repsentat illud gaudiũ puerorũ cantãtiũ in die palmarũ. Benedictus q̃ venit in noĩe dñi. Tẽpore aũt quo cantat̃ prefatio debent manꝰ eleuari ad designandũ q᷑ tunc sacerdos vult orare ꝓ celestibꝰ. Et per ista ỽba sacerdos approbat pmo deũ digne esse laudãdũ Scdo inuitat angeloꝝ, exemplo cum dicit. quã maiestatẽ tuam laudant angeli. q. d. sm Inno. dignũ est: qꝛ mera nos voluntate fecisti. Iustũ. quia mera misericordia redemisti. Equũ qꝛ gratuitate nos visitasti. Salutare: quia ppetue nos saluasti. Nos tibi semp id est in omni tpe. ꝛ vbiq̃ id ẽ in omni loco. Et si nõ actualiter tñ habitualiter: nõ ponendo vibelz obicẽ mortalis peccati. Uñ non cessat orare qui non cessat bñ facere sm Aug

Circa quod sciendũ q᷑ tãtum decẽ sunt pfationes. Pelagius eñ papa statuit nouẽ ꝭ vrbanꝰ papa anno dñi. cccc xliiij. addidit decimã de btã ỽgine. Quotidianã aũt pfationẽ fec̃ Symachꝰ natõe sardꝰ anno dñi. cccc. xiiij. Prima ẽ de natiuitate. scđa de epiphania. tertia de quadragesima. quarta de resurrectione. quinta de ascẽsione. sexta de penthecoste. septima de trinitate octaua de sancta cruce. nona de aplis. decima de beata virgine. de hoc habet̃ de ɔse. di. j. inuenimus. Ex quo ptz prefationẽ nouiter inuentam de dedicatione ecclie esse superfluã ꝛ erronee introductã: nisi als interueniret auctoritas pape. de qua tñ vsq̃ mõ non constat. Unde illi ea vtentes grauiter peccant. Cũ eñ vnã collectã minimã non possunt imutare vel addere. multomagis tam solennẽ prefationem ꝓ suo libitu imutare q̃s psumat. Deinde seq̃tur sanctus. quod Sixtus primꝰ ãno dñi cxxix. instituit. per qđ sacerdos orat vt laus nostra ꝛ voces nostre laudibꝰ ꝛ vocibus angeloꝝ associent̃. qꝛ angeli semp cãtant sanctus. Ter autem canit̃ ad honorẽ trinitatis. Osanna. bis ad designãdum duplicẽ stolã seu gaudium corporis. s. ꝛ anime. ꝛ significat tantũ id est obsecro salua.

Equitꝛ sexta

ſ pars tertie partꝭ ꝑn cipalis miſſe.ſ. ablutio manuũ. Primario ei ſacerdos abluit man⁹ ad ſignificandũ ꝙ dꝫ carere mortalibus: ſꝫ in hoc loco abluit quia iuxta poſſe ſuũ dꝫ etiã carere venialib⁹.Et ideo ſolũ capita digitoꝝ perfundit.Et licet aliq̃ dicũt tũc verſiculũ. lauabo inter innocẽtes man⁹ meas:tñ cõuenientius obmittiꝛ ꝓpter continuationẽ ſeq̃ntis canonis q̃ incipit. Te igiꝛ:cuius ꝓludiũ fuit ſctũs. Sẽſus eñ eſt.Te igiꝛ clementiſſime id eſt te q̃ ſanct⁹ es dñs de⁹ ſabaoth deprecor qđ ꝯgrue ſieri nõ poſſet interpoſitis aliq̃bus ṽbis.puta. Lauabo inter innocẽtes man⁹ meas ꝛc. que faciunt notabilẽ diſcontinuationẽ illarũ orationũ ꝑncipaliũ.ꝛ ideo cautius obmittitur q̃ꝫ dicitur.

De q̃rta parte miſſe.

Equitꝛ quar

ſ ta pars principalis miſſe.ſ.canõ.Ad cuius euidentiã ſciendum ꝙ canon grece interꝑtatur regula latine:qꝛ multũ regulate cõpoſitus eſt.Diciꝛ aũt ꝙ Gelaſius papa canonẽ principaliꝛ ordinauit:licet a pluribus ſit aliq̃d additũ in eo:tñ ab vno eſt compoſitus.Dicitur autẽ ꝙ Clemens ſcđus anno.lxxi. poſt Cletum inſtituit canonẽ ante ꝯſecrationẽ: ꝛ ita dꝛ canon q̃ſi ex regulis ſctõꝝ patruꝫ editus ꝛ cõpoſit⁹. Diciꝛ etiam ſub ſilentio ẜm Inno. primo ad ſignificandũ ꝙ xp̃s receſſerat in Effrem a iudeis Secundo ꝓpter maiorem cõuerſionẽ mentis ad deum:qꝛ tunc ſacerdos dꝫ intrare thalamũ cordis.ꝛ oſtio ſenſuum clauſo deũ orare.Tertio propter ꝑiculi euitationẽ.ne vſu q̃tidiano ṽba ſacra vileſcant Quarto propter maiorẽ reuerentiam quia que in publico fiunt citius vileſcunt.Hec Bernardus de parantinis. Incipit autem ab illa littera T. que valde repreſentat ſignum crucis ad ſignificandũ ꝙ hoc ſacramẽtũ ſeu ſacrificium fit ad memoriam paſſionis chriſti in cruce.Et fit circa canonẽ ymago crucifixi vt tanto meli⁹ imprimaꝛ memoria xp̃i paſſionis in cruce ipſi celebranti.Accedẽs autẽ ſacerdos poſt ablutionẽ ꝑmo bñdicit ſe. ſecundo compoſitis manibus oſculaꝛ ymaginem crucifixi.inclinãdo ſe humiliꝛ deſignãs humilẽ iclinationẽ

quam fecit christus ante suã
passionẽ: in qua factus est su
dor eius sicut gutte sanguis
decurrẽtis in terrã. sicut ha-
betur Luc. xxij. Alij aũt oscu
lantur altare: ad significandũ
ꝙ ꝑ hoc sacramentũ acquiri-
mus verã dilectionẽ cũ xp̃o
qꝛ minister non dꝫ esse infide
lis: vt iudas. Deinde incipit
dicẽs. Te igit̃. Circa qđ no
tandũ ꝙ illa ꝯiunctio igit̃ est
illatiua respectu p̄cedentiũ.
vnde ex q̃ dixit prius: sanctꝰ
dñs: nũc infert. Te igit̃ clemẽ
tissime pater qui es sctũs. Di
citur aũt clementissimꝰ quasi
in misericordia summe abun
dans. Et hec v̄ba dicens sa-
cerdos se inclinat, designans
xp̃i humilitatẽ seu humiliati-
onem ad passionẽ. Addit̃ eti
am per iesum xp̃m filiũ tuum
dñm nostrũ. Hoc fit ideo: quia
xp̃s docuit in suo nomie om-
nia esse petenda. iuxta illud.
Joh. xvj. Amen amẽ dico vo
bis si q̃d patrẽ petieritis i no
mine meo ꝛc̃. Describit̃ autẽ
quadruplicit̃. Primo vt sal-
uator: qꝛ iesus Math. primo.
Uocabis nomen eius iesus.
qđ interpretat̃ saluator. Se-
cundo vt rex: qꝛ xp̃s quod in
terp̄tat̃ vnctus. Psal. Unxit
te deus deus tuus. Tertio vt
patri naturaliter dilectꝰ. qꝛ fi

liũ. Quarto vt nobis prelatꝰ
qꝛ dñm nostrũ. Supplices. i.
humiles rogamus f̃m Bern.
de parantiniis. rogamus ꝑ il
lis que nobis deficiunt. ac pe
timus ꝑ illis que ad salutem
nostraꝫ nobis necessaria sũt.
Uti accepta habeas. i. accipi
as seu grata habeas. Et aliq̃
hic osculantur altare q̃si ostẽ
dentes se cõpati xp̃o. sed nõ
est de essentia. Et dꝫ ꝓduci il
la dictio vti in fine. Nam licꝫ
idem valet vt ꝛ vti tamen plꝰ
est expressiua. Hec dona di
cunt̃ dona q̃ dant̃ a supꝛiori-
bus: qꝛ hoc sacrificiũ fit virtu
te supremi dei. ideo dr̃ donuꝫ
Munera dicuntur munera:
qꝛ dantur seu offerunt̃ ab in-
ferioribus. hoc eñ sacrificiuꝫ
ministerio sacerdotũ offertur
deo p̃ri. Hec sancta sacrificia
dicuntur: qꝛ fiunt ꝑ p̄ctis no-
stris. Dicuntur autẽ illibata
id est incorrupta nõ ꝙ illa ac
cidentia non possunt corrũpi
s̃ ꝙ contentũ sub eis scꝫ cor-
pus christi ꝛ sanguis non cor-
rumpitur iuxta illud. Nõ da-
bis sanctum tuum videre cor
ruptionem. Fiũt aũt tres cru
ces in verbis istis. Hec dona.
hec munera. hec sancta sacri-
ficia illibata. Pro quo sciẽ-
dum ꝙ sacerdos ideo vtitur
sepissime signo crucis circa

hoc sacr̄m magis q̄ circa aliud q2 istud sacramētū est magis memoriale passionis xp̄i que ad crucem est terminata. Fiunt autem hic p̄mo tres cruces ad designandū triplicem xp̄i traditionem. quarū p̄ma fuit gratiosa a deo p̄re ex dilectōe. qui ꝓprio filio suo nō pepcit s̄ ꝓ nobis tradidit illū Secunda fuit a iuda que fuit ex auaricia ⁊ cupiditate. eo q̄ pecuniam pro eo recepit: quā appellat mercedē iniquitatis. Tertia fuit a iudeis q̄ fuit ex inuidia q2 sciebat pilatus q̄ ꝑ inuidiā tradidissent eum Quia igit̄ deus pater dedit eū nobis in donū. id̄o p̄ma crux fit cū dr̄ hec dona. Et quia iudas ꝓ munere tradidit eum. id̄o sc̄da crux fit cū dr̄ hec munera. Quia v̄o iudei ad mortem tradiderūt eū. vt crucifigeret̄ in sacrificiū illibatū. id̄o tertia crux fit cum dr̄. hec sc̄tā sacrificia illibata. Uel etiam s̄m Guil̄. mauiuensem. tres cruces fiūt i reuerētiā eius qui est trinus deus in personis. cuius potentia fit cōuersio panis ⁊ vini. Et s̄m Bern̄ de parantinis significat crucifixionem triplicem quarū prima fuit i volūtate ⁊ affectu quādo collegerunt. ponfices con[silium] Joh. xj. ⁊ Math. xxvj. Secunda fuit in vocibus clamantium. crucifige crucifige. Luc. xxiij. ⁊ Joh. xix. Tertia in crucifixiōe manuū ⁊ pedū Luce. xxiij. Est itaq̄ sensus istorum v̄borum quantū ad triplicem effectum. Nā quia xp̄us datus est liberaliter: id̄o dr̄ dona pluraliter. q2 v̄o datus est vtiliter. id̄o dr̄ munera: ⁊ q2 datus est vt nos sanctificaret mētaliter ideo dr̄ sacrificia illibata. i. imaculata. Sed quare dr̄ pluraliter dona munera ⁊c̄ ⁊ nō donū munus ⁊c̄. cum hic non fiunt plura sacrificia seu sacramenta sed vnum tantū Respondet̄ q̄ licet corpus et sanguis xp̄i sint ꝓprie loquēdo cōposita distincta. tamen dicūtur vnū integritate. sicut comestio in vna mensa q̄tuncūq̄ fercula sunt diuersa aut potus diuersi nihilominus dr̄ vna comestio ⁊ hoc vnitate integritatis. q2 cibus ⁊ potus simul integrant refectionem: ⁊ habent vnū effectū ⁊ nutritionem. Et isto modo istud sacramētū dicit̄ vnū. Qn̄ ergo dicunt̄ dona munera pluralr̄ refert̄ ad illas substātias panis ⁊ vini q̄ plura sunt ꝯposita ꝑ se ⁊ nōdū sūt corpus ⁊ sanguis xp̄i vnū. Un̄ s̄m Gorrā sup Math. q̄uis ibi sint plura materialiter. nō t̄n forma-

liter ꝓpter vnaꝫ operationē quā intendunt.s. refectioneꝫ spiritualem.

Equit. In

ſ pmis que tibi offerimꝰ. vbi ponit op tatio ſalutis eoꝝ pro quibus offert hoc ſacrificiū ⁊ cui : q̄a deo patri. vñ dicit in pmis. i. principaliter tibi. Scd̄o quis offert q2 ſacerdos ex pte totius eccl'ie. iō dicit offerimꝰ nō offero. Ex q̄ patet ꝙ malicia ſacerdotis nō viciat effectionē ꝯſecratōis q2 nō offert ex bonitate vel malicia ꝓpa: ſed ex officio qd̄ gerit ex perſona eccleſie. Tertio ꝑ quo offert Et pmo q2 generaliter ꝓ tota eccl'ia. vñ dicit ꝓ tota eccl'ia catholica. i. vniuerſaliter toto orbi terraꝝ diffuſa: ⁊ fidei ſacris vnita. nō ꝓ ſynagoga iudeoꝝ abiecta ⁊ diſpſa vbiqꝫ ꝑ diabolū. Quarto oſtendit q̄d petit. vñ dicit quā ſcilꝫ eccleſiaꝫ pacificare digneris. vt ſcꝫ pacē habeat ab hereticis ⁊ ſciſmaticis. digneris etiā eam adunare. i. in vnitatē colligere q̄ diſpſa eſt iter ꝑfidos vel paganos. Uel ſm Guill'. manitiū. orat hic pſbiter ꝓ inuicē diſcordātibꝰ: vt vniātur in charitate. Addit aūt vt cuſtodire digneris. ſ. a vicijs et demonibꝰ: ⁊ regere. ſ. in pſperis. Deide orat ꝓ ꝑſonis ſingularibꝰ ⁊ pmo ꝓ capitaneis eccl'ie. ſ. papa. q̄ v̄ba addidit Clemēs ⁊ poſtea Pelagiꝰ papa ꝯfirmauit. vñ idē dic. Conſtat ab vniuerſo orbe ſeparatū eſſe q̄ ob qualꝫ diſſenſionem inter ſacra myſteria aplici pōtificis ſm ꝯſuetudinē mēoriā nō frequētat. Deide ꝓ ep̄o ꝓprio. vñ dicit ꝓ antiſtite nr̄o. qd̄ ep̄s celebrās obmittit cuꝫ ſit met antiſtes. poſt h̄ addit de ſeculari pncipe. vñ dicit. ⁊ principe nr̄o hoc eni͂ eſt cōſilium apl'i. j. ad Thi. ij. c. vbi inquit. Obſecro pmo oīm fieri obſecrationes. orōnes. poſtulationes ⁊ grarūactiones ꝓ oibus hoibus ꝓ regibꝰ ⁊ pro oibus qui in ſublimitate ſunt ꝯſtituti: vt quietā ⁊ trāquillā vitā agamus in oi pietate et caſtitate. Debet autē intētio celebrātis fieri ad ꝑſonā illiꝰ ep̄i in cuius dyoceſi celebrat. Rome tñ nō d2 ꝓ ātiſtite nr̄o q2 ibi papa ē ep̄s. Silr̄ dicendum de principe illo in cuius regno vl' ducatu celebrat. deinde deſcēdit generalr̄ orādo ꝓ oibus fidelibus. Uñ dicit ⁊ ꝓ oibꝰ orthodoxis. i. veris catholicis nō ſciſmaticis vel hereticis. Uñ orthodoxus d2 ab orthos ti. qd̄ ē rectū. ⁊ doxis

gloria vel doctrina quasi recta gloria vel doctrina. Qui ergo recte glorificāt deū̄ ⁊ rectam fidei doctrinā̄ sequūtur orthodoxi vocanť: atq̄ aplī= ce ⁊ catholice fidei .i. ꝑ aplos fundate ⁊ predicate fidei cultoribus

m **Emento eti**

am dñe famulorum famularūq̄ tuarū: vbi iterū descendit in specia= li ad memoriā certarū personarū. Uñ licet deꝰ noscat oia nec opus est sibi demōstrare ꝑsonā ꝑ qua orat p̄sbiter: cū oia nuda sint oclīs eiꝰ. Heb. iiij. Sȝ tñ obliuisci dr̄ illoꝝ q̄= bus grām suā nō ifundit. Si= militer dr̄ illoꝝ recordari quibus grām suā ⁊ dona largiť. Et est modꝰ vulgariū q̄ coi= ter dicunt tribulati: deꝰ obli= tus est mei. Petit ḡ hic duo. Primo explicite ꝑ q̄buidam scōs ꝑ oibus circūstantibus Uñ dicit. Memento dñe fa= mulorū famularūq̄ tuarū. nō dicit fuoꝝ: q̄ꝛ fuitus pctī̄ de signat Jo. viij. Qui facit peccatū fuus est pctī. Et tales q̄ diu sunt in pctīs obliuiscuť a deo. iuxta illō. Pctōres nō exaudit deꝰ. Job. ix. Sed fa= mulus dr̄ a fauore: q̄ꝛ est in fauore ⁊ grā dñi, vt sūt pctōres cōuersi ⁊ penitētes ꝑ pctīs: ⁊ tales deꝰ nouit. vñ petit pbr̄ recordari taliū. Et sciendū q̄ sacerdos dȝ facere memo= riam ordinate vt. s. p̄mo oret ꝑ illis q̄ sunt maiori charita= te diligendi. Et q̄ꝛ ordinata charitas icipit a se. iō primo facit memoriā suijpsiꝰ. cogitā do tm̄ in mente vel exp̄mendo vt deus sui misereať: ⁊ dimittat pctā ⁊ tribuat grām. Dei= de orat ꝑ p̄re ⁊ matre parētibus ⁊ fratribꝰ atq̄ sororibus Tertio ꝑ bñfactoribꝰ. Quarto ꝑ inimicis ⁊ ꝑ ꝑsecutoribꝰ Quito ꝑ infidelibꝰ vt cōuertanť ad fidem. Et hic q̄dē fa= ciunt eis dispositionē in mente satis pulchrā: faciētes talē memoriā ad similitudinē or= dinis casuū quoꝝ. Primꝰ est noiatiuꝰ: i quo suijpsiꝰ recordanť. Scōs est genitiuꝰ et si= gnificat genitorē. i. parentes. Tertiꝰ dtīs ⁊ sig̃t datorē vel bñfactorē. Quartꝰ actūs: et sig̃t accusatorē vel inimicum. Quitꝰ vtūs: ⁊ sig̃t vocādos ad fidē. Sextꝰ ablatiuꝰ ⁊ sig̃t mortuos a nobis ablatos Et de istis fit mentio in scōa me= moria. Sȝ quare prius ꝑ viuis q̄ ꝑ mortuis oramꝰ? Rñ deo q̄ꝛ viui sūt in maiori periculo. q̄ꝛ pñt dāṅari. Mortui aūt ꝑ q̄bꝰ orať sūt i purgato

rio. de qbus nō timet. Et de ista memoria dz se cito expedire ꝓpter distractionē mentis ꝛ euagationē. nō sicut quidam faciūt dormitantes in tali memoria: ita ꝙ quāq3 populares recedūt a missa tedio victi. ꝛ hoc est scandalū: ꝛ ꝑ cōsequens fugiendū.

Equit. Et

f oim circunstantiū id est audientium missā digneris eē ꝓpicius q̄s vides in te credere recte ꝛ te deuote diligere. Et ex h̄ ptz ꝙ valde vtile ē interesse misse: q2 ꝓ talibus specialit̄ orat. Vn̄ statutū est vt oēs fideles audiāt missaz dn̄icis diebus ꝛ festiuis diebus. de ꝯse. di. j. oēs fideles. ꝛ cap. missas. Et dicunt doctores h̄ idem esse preceptū vt ibidez ptz. Sequit̄. pro quib9 tibi offerim9: vel qui tibi offerūt. id ē nō solū illis digneris misereri ꝓ qbus hoc offerim9 sacrificiū! audis. ꝫ etiā illis qui soli hoc offert ꝓ se suisq3 omnib9 videlz ꝯsanguineis ꝛ affinibus familiarib9 ꝛ amicis. ꝓ redēptione aiarū suarū. q. d. nō ꝓ tpali lucro: ꝫ ꝓ spe salutis ꝛ icolumitatis sue. i. pro salute ꝛ incolumitate sua speranda. Et q2 bona hoīs triplicia sunt: ideo ꝓ eternis p̄us orat. s. ꝓ spe salutꝭ. scd̄o ꝓ corporalib9: ideo dicit icolumitatis. i. corporalis sanitatis. tertio ꝓ sp̄ualib9. id̄o dic̄ seu addit ꝓ redēptione aiarū suarum. Seqtur q̄ reddūt vota sua eterno deo viuo ꝛ v̄o. Vota dicunt̄ illa q̄ voluntarie ꝓmittunt̄. Dicunt̄ aūt vota nr̄a q2 fiūt a nobis ex libertate arbitrij sine coactōe. Dicunt̄ etiā dei. q2 ꝑ gr̄am eius fiunt quā dat illis q̄ vouent: vt possint etiā ea perficere.

Sed circa p̄dicta q̄ritur q̄re presbiter nō orat p̄mo pro se ꝫ prius ꝛ p̄ncipalit̄ orat ꝓ papa. ꝛ se obmittit. Ad qd̄ dicēdum ꝙ ibi orat vt ꝑsona publica. ideo publicū bonū seu cōe pretulit ꝓprio bono. hic aūt orat vt ꝑsona singularis intrādo memoriā singulariū ꝛ priuatarū ꝑsonarū. et ideo preponit se oibus.

Ommuni

c cātes. Postq̄ posuit cōmemorationē illoꝝ q̄ salute indigēt. hic ponit illos q̄ ad salutē adiuuāt. vt sunt sancti Et p̄mo ponit eos in generali. Scd̄o in speciali. Dicit ergo: coicantes. Et h̄ cōposuit Lin9 papa. Cōmunicantes.

id est participātes cū sctis in hoc ꝙ deū videm⁹: lȝ differenter q₂ nos ꝑ fidē: ipsi ad oculum. tñ exq̄ idem obiectū habemus cū illis. s. vnū deum: ꝗ participam⁹ cū eis: ⁊ memoriā venerātes. i. venerāter colimus. Inp̄mis glīose virginis marie genitricis dei ⁊ domini nr̄i iesu xp̄i: ẜ ⁊ beatorū aplоꝝ ac martyꝝ tuoꝝ Petri ⁊ Pauli: vbi pōit. xij. apostolos ⁊. xij. martyres. Confessores aūt nō ponit. cui⁹ rō est q₂ tp̄e quo positus est canon nō celebrabaꝫ memoria ꝯfessoꝝ ita solenniter: vel iδo ponūtur martyres: q₂ imitati sunt xp̄m in passione. ⁊ maximū honorē ostēderūt ꝓ ipso morientes. qδ nō fecerunt confessores. Ƀ aūt sacrificiū ē maximi amoris. Ponuntur etiā aliq̄ martyres min⁹ notabiles. qδ factū ē diuina dispensatione. Nā vt δ₂ dū scti p̄res deleuissent istos: ⁊ alios scribere vellent cras inuenerunt illos deletos aureis literis scriptos. Uñ bonū ē etiam aliqñ min⁹ sctis reputatis reuerentiā impēdere ⁊ eorū suffragia postulare: quia ẜm Tho. qbusdā sanctis datuȝ ē patrocinari specialiter ⁊ ī specialib⁹ negocijs. vt btō Anthonio ꝯtra ignē ⁊c. Preponiꝫ aūt oibus sctis beata ꝟgo maria: q₂ ipsa est salutis nr̄e p̄cipua adiutrix. ⁊ ipsa in celo primū locuȝ tenet post dei filiū. deinde ponūtur apl̄i: q₂ ipsi tradiderūt nobis formaȝ ⁊ ritum hui⁹ sacrificij. deinde martyres q̄ ꝓ illo q̄ ē in ƀ sacramento se obtulerūt hostiam viuētē. Petimus aūt hic eorū suffragiū significātes ꝙ q̄diu sum⁹ in hac vita necesse habem⁹ eoꝝ suffragia postulare cū ipsi xp̄o sint in gloria ꝓpinqui. vñ possunt nob impetrare gloriā. Post eleuationē ꝟo petim⁹ eoꝝ cōsortium desígnātes ꝑ hoc ꝙ post resurrectionē iūgemur sctōꝝ ꝯsortio ⁊ nō indigebim⁹ suffragio. Nō dirigim⁹ aūt orōnes nr̄as ad sāctos vt ꝑ eos impleanꝫ q̄ postulamus. ẜ vt eoꝝ p̄cibus nr̄e orōnes sortiantur effectū. In qbusdam libris poniꝫ hic signū crucis cū δ₂ muniamur auxilio: ẜ non hȝ fundamentū cū nō petim⁹ hic muniri signo crucis ẜ patrocinio sanctoꝝ. Quō autē sancti vident orationes nostras dicit hic Berñ. de parātinis ꝙ nō cognoscūt eas cognitione naturali vel btā: sed ꝟtute reuelationis ꝑ quā cognoscunt orōnes nr̄as vocales siue mētales. Fit etiā ad-

ditio in quibusdā festiuitatibus: qꝛ ibi petim⁹ ꝓtectionē diuinā spālē. vt i natali. i epyphania. i pascha. ascēsione et penthecoste. in qb⁹ specialia dona circa nos facta recolun tur q̄ nob dari tūc postulam⁹ In fine aūt hic nō dr amē. qꝛ angeli respondēt amen.

Anc igitur

h oblationē. H addidit Leo papa āno dnī. cccc. xliij. vbi q̄si cōphendendo oia supradicta sūmarie ꝯcludit. Petit ḡ quattuoꝛ Pꝛio petit acceptatōez oblationis. vn̄ dicit. Hācigit oblationē huius nr̄e. Et vide q̄re hic pbr̄ specialiter appellat se huꝰ: supꝰ vō alios appellat famulos. Nō qꝛ qlibet dꝫ se reputare pctōrē ꝛ nō alios Dicit aūt hec oblatio huius qꝛ sum⁹ empti ista oblatione iuxta illō. Empti estis ꝑcio magno. Sed ꝛ cuncte familie tue q̄ tibi famulant̄ ꝛ huiust. vt placat⁹ accipias. lꝫ enī de⁹ sit semp placat⁹. i. mi̾icoꝛs q̄ tū est in ipo sacrificio. tn̄ sepe offendit̄ ex parte ministroꝝ q̄ sūt in pctō. Seqtur: diesq3 nr̄os. vbi petit sed⁹ pac. Un̄ dicit. diesq3 nr̄os in tua pace disponas. ꝛ loqtur nō solum de pace tpis. s̄ etiā pectoꝛis q̄ ē cessatio a pctis: atq3 ab eterna dānatione Nos eripi: vbi petit euasionē carcerꝭ. i. dānationē ꝑpetuā. Et in electoꝝ tuoꝝ iubeas grege numerari. vbi petit adiūctionē cū electis ꝑ iesum xp̄m dn̄m nostrū Et istā particulā sctūs Greg. cōposuit. Fit autē appositio isti⁹ particule certꝭ dieb⁹: vt i resurrectione ꝛ penthe. Ex q̄ enī petim⁹ remunerationem q̄ fit ꝑ resurrectionē xp̄i ꝛ spiritusscti missionē. iō tūc fit additio. Fm̄ alios etiam in cena dn̄i: qꝛ per illō sacrificiū tunc institutū dat̄ remuneratio iuxꝭ illō. Qui māducat hūc panē ꝛc. Hec aūt v̄ba dicēs sacdos se ꝓfunde iclinat significans q̄ legalis sacdos sūmo cona mune obūbrabat̄ ne videret̄. vel qꝛ oꝛauit xp̄s ꝓfūde se inclinādo ꝛ humiliādo ante hoꝛam passionis.

Seqtur scda ps canonis

Quam obla

q tionē ꝛc. Hec est scda pars canōis in q̄ ponit̄ sacrificij ꝯsecratio ꝛ hꝫ tria dicta. Pꝛio nāq3 v̄t⁹ ꝯsecrādi petit̄. Scdo ipa ꝯsecratio ꝑficit̄ ibi qui pdie. Tercio rei ꝯsecrate cōmemoꝛatō exꝑmit̄ ibi. vn̄ ꝛ meoꝛes. Circa pmū pꝛimo ponit sacrificij

oblationē. Scđo oblatōis bñ
dictionē. ibi q̄sum⁹ bñdictā3.
Tertio sacrificij trāssubstātia
tionē. ibi. vt nob. Dicit ḡ quā
oblationē. i. terrenā materia3
ad corp⁹ filij tui destinatā fm
Guil. manitiū. Tu deus q̄su-
mus in oib⁹. i. tota cogitatio
ne. tota cognitiōe. tota mēte.
⁊ toto intellectu digneri3 face
re bñdictā. i. p quā hoies bñ-
dicant. Ascriptā. i. p quā ho-
mines ascribūtur in celo. Ra
tā. i. p quā de viscerib⁹ xp̄i eē
cēsent. Rationabilē. i. p quā
a bestiali sensu exuant. Acce
ptabilē vt q̄ nobismetipis dis
plicem⁹ per hāc acceptabiles
vnico filio ei⁹ sim⁹. Ita expo
nit Aug. de ꝯse. di. ij. vtrū sub
figura. ƀ Inno. exponit refe-
rendo ad xp̄m. bñdictā. i. im-
munē a pctō. ascriptā. i. scrip
turis p̄nūciatā ⁊ figurata3.
Ratā. i. nō trāsitoriā sicut ve
tus lex. Rationabilē. i. q̄si nō
peculiarē sicut erat hostia le-
galis q̄ nō mundabat a pctō.
acceptabilē ꝯtra illā ꝺ q̄ Isa.
⁊ Ihiere. dicūt. Obtulisti ho-
stiā nō acceptā. Cōmunit tñ
ħ refert ad differentiā oblati
onis iude. Illa ei traditio fu-
it maledicta: ideo ista sit bñ-
dicta. Illa aute3 ꝓscripta vel
discripta de libro viuētiū. iđo
digneris facere ascriptā illa3.
Illa fuit irrita. i. iniq̄ et dete-
stabilis. iđo de⁹ fac istā ratā.
Itē illa fuit irrationabilis: iō
deus fac istā rationabilē. id ē
ratione pleuā. vt fiat rationa
bile nr̄e ſuitutj obsequiū. Il-
le reddidit mala ꝓ bonis ꝓ-
pter qđ reprobat⁹ est: ƀ tu de
us fac hāc acceptabilē p quā
tibi nos reddas acceptos. Fi
unt aūt hic q̄nq3 signa crucis
tres cōmunes sup panē ⁊ ca-
licem simul. q̄rta aūt sup pa-
nem: ⁊ quita sup calicē per se
Et significāt quinq3 loca vulne
rum eius. Vel fm Innocen-
tium tres significant triginta
denarios pro quibus vendi-
tus est xp̄us. Due aūt vendi
tionē ⁊ emptionem siue ven-
ditorē ⁊ vēditū. Vel fm Ber
nardum de parantinis et fm
Guill'. manitiū significāt tria
que christ⁹ fecit circa hoc sa-
cramentū. Nam accepit. be-
nedixit ⁊ dedit. Ecce tria. Et
specialit̄ fit crux sup oblatam
⁊ vna sup calicē. q̄ꝛ dixit. Hoc
est eñ corpus meū. ⁊ iterum
bibite ex hoc oēs. Et seq̄tur:
vt nobis corp⁹ ⁊ sanguis fiat
dilectissimi filij tui dñi nostri
iesu xp̄i. Ubi petit trāssubstā
tiationē panis in corpus xp̄i
p hoc ṽbum cū dicit fiat. Il-
lud eñ est ṽbū creatiōis siue
creatoris. Geñ. j. vbi dixit. Fi

at lux. τ sequitur τ factū est ita. Et nō dicit sacerdos. vt faciā corpus xpi: qz nō est nisi minister hui⁹ ꝯuersionis. Ideo nō ī ꝓpa persona: ſ in ꝑsona xpi dicit fiat. Dicit autez dile lectissimi filij tui: qz nullus ꝑt esse dilect⁹ deo q̄tūcunqz sanctus sicut xp̄us. rōne cui⁹ dilectionis ꝓpter ip̄m toti⁹ mūdi peccata indulsit. Fiūt autē due cruces. vna sup panem. alia super calicem: ad significandum q hoc sacramentum valet ad salutē corporis τ aie

Sequitur q̄ pridie. Hec verba addidit alexāder p̄mus. anno dñi. cxxij. Et hic pficit ꝯsecratio. Circa qđ primo repñsentat qđ xp̄s in cena fecit. Vñ dicit. Qui pridie. i. vna die añqz passus ē vl̄ vna die precedente ante passionē accepit panē. τ ī hoc loco ter ſis digitis sup corporale accipit sacerdos hostiam reuerēter. Et debet eam tenere sub misse non ostendēdo populo vel ministro ne videat aliquo modo ante cōsecratiōez. Vñ dicit. accepit panē in sanctas ac venerabiles manus suas: et eleuatis in celuz oculis ad te deū patrem suū omnipotētem. Et hic eleuat sacerdos oculos supra celū in quo xp̄s significat: qz oculos mētis debem⁹ eleuare in celū vñ veniat auxilium nobis. vt dr. ps. Qz oīe bonū desursū descēdit. Seqtur. Grās agēs nō ꝓ se ſ ꝓ nostra redēptōe. bñdixit τ fit ibi crux sup hostiaz q̄ significat q christus passus ē in natura humana. s. in corpore τ anima. qz dixit. Tristis ē anima mea vsqz ad mortem. Et ideo ꝓ se bñdicit hostia et per se calix. Et nō intelligas q xp̄s benedixit. i. crucē fecit sup panem cum v̄tus crucis nulla fuit ante passionē eius sed bñdixit. i. v̄ba cōsecrationis. scilicet illa. hoc est eīn corpus meū. sup panem ꝓtulit. quoꝝ v̄tute v̄boꝝ facta ē statim bñdicta trāssubstantiatio panis in corpus xpi. vñ expone. bñdixit. i. vim bñdictōnis verbis ꝑ ipsuz prolatis dedit vt trāssubstantiaret panis in corpus xpi veruz. Sequit. ac fregit deditqz discipulis suis dicens. Accipite τ comedite. Vbi sciendū q licet hic dicat q xp̄s p̄us fregit τ tūc ꝯsecrauit. tñ ita nō intelligendū est q xp̄s p⁹ fregisset τ tūc bñdixisset: ſ q xp̄s p⁹ bñdictōez τ ꝯuersionē fregit. Vñ sic construe lrāz. Accepit panē τ bñdixit. s. dicēs h̄ ē ei corp⁹ meū

ꝛ tunc fregit deditq; discipu/
lis suis dicẽs. accipite ꝛ come
dite hoc est eñ corpus meuz
Prius ergo ꝓtulit illa verba
vt eis vim conficiendi tribue
ret: deinde ea ꝓtulit vt aplos
formã ꝯficiendi doceret. Ita
dicit Guill'. Cõmuniter tñ dr
q̈ sel' ꝓtulit xp̄s illa v̄ba. tunc
scz qñ voluit dare aplis. Vñ
dando eis tunc bñdixit ꝑ illa
v̄ba iam dicta. s. hoc est enim
corpus meũ. Itẽ dicit Gorra
super Math. Et ita ꝑ illa ver
ba semel ꝓlata simul confecit
ꝛ formã ꝯficiẽdi dedit vt dicit
Bern. de parantiis. Vñ sen
sus est. bñdixit fregit deditq;
discipulis suis. ꝛ tũc dixit. Hoc
est enim corpus meũ. Et iste
est verus intellectus.

h Oc est eñ

corp⁹ meũ. Ista ẽ
forma ꝯsecratõis
venerabilis sacri eucharistie
quã dicens sacerdos habeat
intẽtõez verã ꝯsecrãdi corp⁹
christi. Non obmittat autem
illã ꝯiunctionẽ eñ. q2 lz nõ sit
de substãtia sacri est tamẽ de
essentia precepti. vñ grauiter
peccaret obmittẽs eam. Aliq
v̄o dicẽtes ista v̄ba tenẽt ho
stiaz in manibus. ita q̈ possit
videri a circunstãtibus: qđ ẽ
graue periculum quia tũc po
test adorari ꝑ simplices ante
consecrationez qđ erit graue
pctm̃ idolatrie. Et ideo tene=
at eã valde depresse in altari
ne videat̃. Fit autẽ eleuatio
hostie sctissimi corporis xp̄i
vt ostẽdat̃ oibus oblata esse
ad salutez iuxta illud. Ego si
exaltat⁹ fuero a terra ꝛc. Se/
cundo vt extunc populus co
gnoscat esse veritatẽ sacramẽ
ti que nõ p̄us facta est: s; mo=
do vt iam sciat veraciter ado
rare deũ presentẽ. Expositio
autem istius forme verboruz
requiratur supra in tractatu
de sacramẽtis circa sacrm̃ eu
charistie. vbi sufficiẽter expe
dita est. Sequitur. Sīr ꝛc. vbi
ponit̃ forma ꝯsecratõnis san
guinis xp̄i. Vbi sciendũ q̈ sa
cerdos volẽs ꝓferre ista ver
ba debet ipsum calicẽ accipe
ambab⁹ manib⁹ ꝛ cũ dic̃. Bñ=
dixit dz facẽ crucẽ sup calicẽ
tenendo calicez in manu sini
stra ne tactu vel ipetu cadat.
Crux super calicem significat
passionem xp̄i in anima vt di
ctũ est. ꝛ etiã nostrã salutẽ in
anima. Et facta cruce debet
tenere calicem sicut p̄us. Et
hoc facto ꝓfert v̄ba ꝯsecrati=
onis habẽdo intẽtionẽ conse
crãdi sanguinez xp̄i. Et si põt
habere actualẽ est tãto meli⁹
Debet aũt ꝓferre v̄ba ista si=

ne aspiratione magna. nō sic quidā fatui faciūt facientes an helitū magnū ac pessimū i hostiam vel calicē: ita q astātes scandalizant. Vn̄ dicit. Similiter postq̄ cenatū est accipiens hūc preclarū calicē. Et ponit hic ptinēs p pteto. i. vinū cū aq̄ mixtū in calice ad trās substantiādū in sanguinē suū Dicit etiā hūc calicē: q2 idē ē nūc q̄ fuit tūc in specie similis q̄tū ad materiā calicis. q̄tum vo ad ptentū xp̄i sanguinem idē est in nūero nūc q̄ fuit tūc Addit aūt p̄clarū: q2 istō sacrificiū inter oīa est p̄clarissimū. vn̄ ps̄. Calix me9 inebriās q̄ p̄clarus est. Seq̄tur in sācas ac venerabiles manus suas. q̄ tēpore recipiat sacerdos calicē in man9. Seq̄tur. Itē tibi gr̄as agēs qd̄ referas ad illd̄ qd̄ dictū ē. similli mō. τ facit sicut pu9 agēdo gr̄as deo pr̄i. Sequit̄. Bn̄dixit deditq̄ discipulis suis dicēs. Accipite τ bibite ex hoc oēs τc.

Hic est eniz

calix sanguis mei noui τeterni testamenti mysteriū fidei q̄ p vob τ p multis effūdet̄ in remissionem pctōꝝ Hoc totū ē de forma psectionis sāguis. τ exponit̄. hic ē calix sanguinis mei. id est hic ē sanguis me9 in calice cōtentus noui. i. vltimi τ eterni. i. ppetui testamēti mysterium fidei. i. habēs secretā τ absconditā intelligētiam tenendā p fidem: q2 aliud videtur τ aliud sub visis specieb9 firmiter esse credit̄ q̄ pro vob τ p multis effundet̄ in remissionē pctōꝝ. Dicit notāter p multis. τ nō dicit p oībus. q2 licet p oībus effusus est q̄tū ad sufficientiā. ita q sufficiēs est saluare oēs nō tamē q̄tū ad efficaciā: q2 nō omnes efficiūtur saluati p ipsum. Dicit aūt p vobis. q. d. iudeis quia apli iudei erant: τ p multis. s. gentilib9 in remissionē pctōꝝ id ē ppter remissionē pctōꝝ. His dictis eleuat sacerdos calicem vt populus adoret sciens iam ibi vaciter eē sanguinem xp̄i. Aliqui aūt eleuāt tectum calicem. Aliqui discoopertū: sed nō est vis. Naz coopertus designat occultū τ difficile mysteriū sacri hui9: discoopertus aūt significat sepatiōnē sanguis xp̄i a suo corpore tpre passionis. Et ob hanc etiam causaz sepatim psecratur corpus xp̄i τ sanguis: vt significatio exp̄matur: vt dicit Glosa sup Math. xxvj. cap. Hec quotienscunq̄ feceritis in mei memoriaz facietis. hec

clausula quia tam̄ consecrati
onis corporis q̄ etiā sangui=
nis respicit complementum.
ideo post vtrūqꝫ est dicenda.
Sciendū etiā q tpe eleuatio
nis dꝫ fieri a populo deuota i
clinatio. vt dr in .c. sane. de ce
le. mis. ⁊ possūt dici hec vba a
pplo: vt dicit glo. ibidē. Sal
ue lux mūdi: vbū pris: hostia
vra: viua caro: deitas integra:
ver⁹ hō. Possūt etiā dici ista
Transsubstantiant res iste in
corp⁹ ⁊ sanguinē tuū dñe ad
honorē ⁊ laudeꝫ nois tui. ad
remissionē peccatoꝝ ⁊ ad sa=
lutē animaꝝ nostraruꝫ. Pōt
etiā dici tunc pater noster ⁊c.
Uñ ⁊ memores dñe nos fui
tui. vbi ponit ꝯsecrate rei cō=
memoratio quia eñ christus
dixit. Hoc facite in meā com
memoratione ideo p̄sbiter di
cit. Uñ ⁊ mēores nos fui tui
Hoc dicūt ministri causa hūili=
tatis vocātes se fuos. Sed ⁊
hec plebs tua sctā. i. p baptis=
mum sctificata eiusdem xpi fi
lij tui dñi dei nri tā btē passio
nis. Et hic sacerdos man⁹ ex
tendit ad moduꝫ crucis: vt p
illā extensionē manuū suarū
extēsionē manuū xpi repsen=
tet in cruce. ꝯ qd tñ faciūt illi
q̄ vix manus mouent verecū
dantes man⁹ extēdere in hoc
loco. Sꝫ tu miser sicut et ego
vt q̄d vereris tanti dñi et dei
tui repsentare figurā ⁊ dispo
sitionē qua te redemit: ⁊ non
vereris circa illicitas choreas
⁊ forsan ā̄plexus mulieꝝ ex=
tendere man⁹ pedes brachia
atqꝫ totū corp⁹ et repsentare
diaboli figurā. Seqr. necnon
ab inferis resurrectōis vbi sa
cerdos ꝯhit ad se brachia ⁊ si
gnificat ab inferis resurrecti/
onem. Sequit sed ⁊ in celos
gloriose ascēsionis. vbi sacer
dos erigit altius manus vsqꝫ
ad humeros. in signū q xpus
eleuatis manib⁹ ferebat i ce=
lum. Et ab h̄ loco: stringūtur
digiti. scilꝫ pollices ⁊ indices
vtriusqꝫ man⁹. nec disiūgunt
nisi qñ opus est tāgere sacra
mentū: qd fit ob reuerentiaꝫ
sacri. ne digiti aliquid tāgant
post cōtactū corporis xpi. ne
etiā eis incaute aliqd cohere
at qd p disiunctioneꝫ depdat
qd esset magnū peccatū. ideo
sit sacerdos in h̄ multū caut⁹
Seqtur. Offerim⁹ p̄clare ma
iestati tue. i. pre oīnbus alijs
clare. qꝛ licet corpora sctōruꝫ
erūt clara. tñ deus preclarior
est in sua maiestate: qꝛ est spe
culuꝫ sine macula. Sequitur
de tuis donis: qd dicit ratiōe
spūaliū ac datis ratione tem
poraliuꝫ in presenti. Et quid
offerimus subdit hostiam pu

ram: qꝛ xp̄us ꝯceptus eſt ſine originali pc̄ō de virgine. ſanctam. ſine mortali. imaculatā ſine veniali. panem ſcīn̄ vite eterne. panē viatoribꝰ p̄ſentꝭ vite ꝑ vita eterna cōſeq̄nda preparatū: ⁊ calicē ſalutꝭ ꝑpetue: qꝛ ipē eſt reficiēs ⁊ iebrians i patria ſm̄ Berſi. de parantinis. Fiunt aūt hic quiqꝫ cruces ad deſignādū ꝙ xp̄us in quiqꝫ ſenſibꝰ patiebat̄. vel etiam plagas ⁊ vulnera duas manuū ⁊ duas pedū. et vnaꝫ lateris ſm̄ Guill'. Maniū. Facit autē tres cruces ſuper vtrūqꝫ. ſ. corpꝰ ⁊ ſanguinem. ⁊ duas ꝑ ſe quālibꝫ ſingulariter. Scd̄m aūt Berſi. de parātinis ſiḡnt q̄nqꝫ effuſiones ſāguinis xp̄i. ſ. in circūciſione. i ſudore. in flagellatione. i crucifictione. ⁊ in lateris aꝑtōe.

Seq̄tur tertia ꝑs canōis

Supra que ꝓpicio ac ſereno vultu ⁊c̄. Hic ponit̄ tertia pars canonis in q̄ ponit̄ effectꝰ ſacri q̄ eſt res tm̄. Et ſunt tres particule. Primo petit̄ donoꝛuꝫ acceptatio. ſcd̄o diuine miſericoꝛdie iploratio ibi: ſupplices tertio collatio gloꝛie. ibi. memēto dn̄e. Dicit ḡ. ſupplices te rogamꝰ. Ubi ſacerdos cācellat manꝰ in modū crucꝭ eleuādo eas: ita ꝙ aliq̄lit̄ ad miniſtrū ꝯtrahi pſit. ⁊ eſt ſēſus. Supplices te rogamꝰ vt ſuꝑ iſta dona propicio ac ſereno vultu reſpicere dignerꝭ. ꝓpicio. i. accipiendo ea tanq̄ꝫ tibi gratuite placita ac ſereno. i. miſericoꝛdi iuxta illud. Illuminet vultū ſuū ſuꝑ nos ⁊c̄. Reſpicere dignerꝭ. i. accepta habere digneris. vn̄ ſeq̄tur: ⁊ accepta habere ſicut accepta dignatus es habere munera pueri tui iuſti abel. De iſto abel habet̄ hyſtoꝛia Geſi. iiij. vbi dꝛ. Reſpexit dn̄s ad abel ⁊ ad munera eiꝰ. ⁊ ita fuerūt duo accepta. Sequit̄. ⁊ ſacrificiū patriarche nr̄i abꝛahe q̄ filiū ſuū voluit imolare. Geſi. xxij. qđ reputatū eſt ei ad iuſticiam. Sequit̄. ⁊ qđ tibi obtulit ſacerdos tuꝰ ſummꝰ melchiſedech. De iſto dic̄ Berſi. de parantinis ꝙ fuit p̄mo genitus noe q̄ vixit tēpoꝛibus abꝛahe. ⁊ iſte obtulit panē et vinū in ſacrificiū gr̄as agēs deo ꝑ victoꝛia abꝛahe cōceſſa ſuꝑ q̄nqꝫ regibꝰ ꝑ q̄ omnis deſignat̄ iſtiꝰ ſacri grata deo acceptabilitas. Nā ſicut abel obtulit grata p̄mo genita: ſic xp̄s oblatus eſt p̄mogenitus in multis fratribus. Et ſicut abꝛahā vnicū obtulit filiū: ſic

xp̄s vnic⁹ dei p̄ris oblatus ē. Et sicut melchisedech obtulit panē ꝛ vinū. sic xp̄us in pane ꝛ vino h̄ sacr̄m instituit. de q̄ d̄r. Tu es sacerdos ineternuȝ s̄m ordinē melchisedech. Uocat aūt abel puerū nō a pue/ricia: q2 fuit vir. xx. annoꝝ. s3 a puritate innocētie. Abrahā autē d̄r patriarcha. i. p̄r fidei catholice: q2 p̄m⁹ in deū credidit: ꝛ p̄mus incarnationem p̄cognouit Job. viij. Uidit ꝛ gauisus ē. Sctm̄ sacrificiū im maculatā hostiaȝ. Hoc addidit Leo papa.

Supplices

Hic petit̄ diuine gr̄e infusio. Und̄ dicit. supplices. i. humiles te rogam⁹ omp̄s deus. vbi sacerdos humilit̄ īdinatur cancellat[illegible] manib⁹ positis sup altare: q̄ cancellatio sicut ꝛp̄ma significat ꝙ p crucē ꝛ passionem petit offerre ista Sinistra aūt supponit̄ p quā significat̄ passio xp̄i. S3 dextera supra ponit̄ p quā xp̄i resurrectio designatur. Seq̄tur Jube hec pferri p man⁹ sancti āgeli tui qd̄ exponit Tho. in. iiij. sniaꝝ. di. xiij. nō ꝙ angelus ista ꝯsecret cū potestatem nō habeat: s̄ or̄onē sacerdotis ꝛ ppli deo p̄sentat s3 illud Apo. viij. Ascēdit fumus aromatū in ꝯspectu dn̄i. i. vota vel supplicationes fideliuȝ de manu āgeli q̄ sunt or̄ones sanctorum. Exponit̄ g̊. Jube hec vota vel supplicatiōes fideliū pferri p man⁹. i. p mysteria angeloꝝ in sublime altare. i. in ecc̄liam triūphātem vel in plenā participationeȝ deitatis qd̄ est sublime altare Un̄ seq̄tur in ꝯspectu diuine maiestat[illegible] tue. Uel iube pferri hec. i. ecc̄liam militantē in sublime altare. i. in triūphātē ꝛ hoc fac p man⁹ angeli. i. filij tui. Sequit̄. Et presta vt q̄tquot. s. fideles ex hac altaris participatiōe ꝛc̄. Et hic p̄mo sacerdos disiungit manus et osculat̄ altare in dextera parte p qd̄ representat̄ osculū iude qd̄ dedit xp̄o cum surrexit ab or̄one. Et fit h̄ in detestatōeȝ ipsi⁹ iude. Seq̄tur sacro sctm̄ filij tui corp⁹. ꝛ hic facit crucē sup hostiā. Seq̄tur ꝛ sāguinē. ꝛ hic facit aliā crucē super calicē. Sequit̄ sūpserim⁹ om̄i bn̄dictione celesti et gr̄a repleamur. hic signat se ante faciē. Crux sup hostia desig̃t vincula quib⁹ alligatum fuit corp⁹ xp̄i. Crux sup calicē designat flagellū q̄ educt⁹ ē sanguis de corpore. Crux sup faciē designat sputa ī facie xp̄i.

p̄ueri a p̄u[illegible] ritate innocen[illegible]

vel signt iste cruces q xp̄us ter orauit: vl' etiā qz tria v̄ba dixit ī cruce p̄mū pat' dimitte illis. scd̄m in manus tuas. tercium: vt quid dereliquisti me

Memēto eti

m etiā dn̄e famulorum famularūq3 tuarū

ufferō. 15. tot. h. vt tract. Juncta ente. Et colla o. nis. p. ad ratr.

vbi petit collatio glie. r p̄mo mortuis postea viuis. Unde dicit. memento dn̄e famulorū famularūq3 tuarū. Ubi sciendū q licet quidā mortui sunt i celo. qdā in inferno r qdā in purgatorio. tn̄ qz nob̄ nō constat de singulis in spāli. iō qsi estimātes eos esse i purgatorio. oram9 p oibus. iō dicim9 Memēto dn̄e rc. q nos p̄cesserunt cū signo fidei. i. osidert aliqd signū fidei. puta habuerunt cōtritionē vel deuotōez decedētes. Nā de talibus adhuc ē spes. Et dormiūt i sompno pacis. i. sine pctō mortali sm̄ Bern̄. de parentibus. Et debet hic fieri memoria eodē modo sicut supra. Pmo p illis p qbus specialiter missa legitur vel q in speciali memoria sunt tibi cōmendati. Scdo p parentibus mortuis. Tertio p benefactorib9. Quarto p omnibus fidelib9 defunctis. Nō autē p inimicis sm̄ quosdaz. Et hoc dico de illis de qbus certū est q non reconciliati decesserūt. Quia p illis nominatim non est orandum imo nec generalit' nisi sub cōditione inqtum sunt susceptibiles suffragij. Sequit' secunda memoria. Ipis r oibus in xp̄o reqescentib9. i. i fide xp̄i qescentibus locū refrigerij lucis r pacis vt indulgeas dep̄camur. Et nō est opus dicere ipsis dn̄e. qz p̄mittit' p̄us. memento dn̄e. Uñ illud qd sequitur. scz indulgeas refertur ad illud dn̄e. aliter vñ illorum superflueret. Et dicit locū refrigerij. Unde regnuz celorum dicit' locus refrigerij respectu purgatorij qui est locus ardoris maximi r caloris: qz sm̄ Aug ibi est pena maior q aliq que potest excogitari in mundo. Dicit' etiā locuz lucis qz purgatoriū ē locus obscuritatis. Dicit etiā locū pacis qz purgatoriū est locus inquietudinis qz nunq3 anime habēt pacem: nec quietē. nō sicut qdā fingūt dicētes eos feria scda quiescere aliqui v̄o dn̄ico die. que omnia sunt friuola ac insana r sacris scripturis cōtraria. Sequitur. Nobis quoq3 peccatoribus vbi petit glorie collationez viuis. Primo eīn petit collationē eiusdē glorie Secundo glorie societatē cū

sanctis apostolis. Tertio po=
nit mediatorē p quē hoc exe
qui postulat dicēs p dñm. rc.
Circa primum nota q sacer=
dos dicēs ista verba eleuata
modicū voce tūdit pect⁹ suū
p qd interrumpit silentium. si
gnificās p hoc cōfessionem r
cōtritionē latronis penitētis
in cruce. qui increpans aliuz
dixit. Nos qdē. s. tanq pctō=
res digna factis recipimus.
Unde sacerdos dicit nobis q
peccatoribus famulis tuis de
multitudine miserationū tua
rum sperantib⁹. s. sicut ille la=
tro sperauit. Percussio autē
pectoris significat illam tun=
sionē pectoris illorum q ade=
rant ad spectaculū. passionis
xpi r percutiētes pectora re=
uertebantur in ihrlm. Exalta
tio vero crucis significat cla=
morem centurionis dicentis.
Uere filius dei erat iste. Se=
quitur partem aliquam r so=
cietatem donare digneris. Li
cet tñ de⁹ sit simplex nō hñs p
tes tñ dic ptē aliquē ppt' q2
qlz fm meritū habebit diuie
faciei visionē. ita q vn⁹ alio p
fectius videbit deū: vl' q2 scri
videbūt deū totū. nō tñ tota
liter. i. nō fm oēs modos qui
bus est visibilis: q2 est infini=
tus: r cū cōprehēdi nō possit
ergo qsi partez dabit nobis.

Totaliter aūt non est cōpre=
hēsibilis de⁹ nisi filio suo qui
est in sinu suo vt dr Joh. pmo
Sequitur. cū Johe fm Bern.
d parātinis. s. Johe baptista.
Et pfert stephano. nec mirū:
q2 r aplis prefert. Adiūgitur
stephano: q2 isti duo erāt pri=
mi martyres noui testamenti
Inno. tñ dicit q hic repetitur
Johes euāgelista ppter pui
legiū v̄ginitatis. quia v̄gines
sequūtur agnū quocūq ierit
Ante vo cōsecrationē ponit
ppter puilegiū apostolatus.
Sed credit Bern. q melius
intelligat de baptista q ppt
excellentiā singularis scitat
non debet excludi a canone.
Postea ponūtur duo aposto
li. s. mathia r barnaba q ideo
post cōsecrationē r nō āte po
nunt q2 isti post ascensionem
dñi fuerūt electi. Deinde po=
nit Ignatio. de q legit q cuz
esset deuot⁹ xpo r btē v̄gini:
post ei⁹ mortē inuentū ē hoc
nomē iesus aureis lrīs scrip=
tum in corde suo i oib⁹ parti
bus. Ponūtur aūt qnqz mar=
tyres post mortē xpi ppt qn
q vulnera xpi. Itē ppt septē
dona spūsctī ponunt septem
v̄gines ibidē q sequūtur. Se
quit. Nō estimator meriti: q2
nō fm exigentiā meritoz re=
tribuis. s magis pmiando q

quisq; meruit. Deide ↄcludit p xp̄m dn̄m nostrū. Et non dr̄ amē: qꝛ ſm doctores illud respondent angeli: qꝛ fit ↄtinuatio ad p̄cedētia. vn̄ stati seqt̄. in cui⁹ v̄tute h̄ petim⁹ cū dr̄. p quē. s. xp̄m hoc sacramētū habet originē quo ad plura. Et p̄mo quo ad esse nature. vn̄ dicit̄. creas. Scd̄o quo ad esse sacri: vn̄ dr̄ sctificas. Tertio quo ad esse v̄tutis. vn̄ dr̄. viuificas. Quarto quo ad effectū gratie q̄ est vita aie. vn̄ dr̄ bn̄dicis Quito quo ad augmentū gratie eiusdē. Et q̄tū ad oparionē z vsum. vn̄ dr̄ z prestas nobis. Est ergo sensus. p quē. s. christū tu deus pater oia bona creas condēdo naturā. viuificas cōsubstātiando naturā. bn̄dicis accumulando gratiā: z p̄stas q̄tū ad vsum. Oia eni creata sunt p christū. Johis. j. Oia sctificantur: qꝛ a plenitudine eius accipiūt vniuersi. Oia viuūt qꝛ ipse est vita. Johan. xiiij. Oia bn̄dicūtur qꝛ ipse ē bn̄dictus fructus vētris. Lu. p̄mo Et aliqui dicūt per quē hec oia dn̄i semp bona creas. Et est sensus. hec omnia. scz panem z vinum z aquam creas ſm causas primordiales zc̄. sctificas ſm causas sacramentales. viuificas vt transferantur in corp⁹ xp̄i z eius sanguinē. Et ideo bn̄dicis vt nos p ipsa bn̄dicamur. Scd̄m alios h̄ p̄nomē hec nō ponit̄ ibi in q̄ sequēda ē ↄsuetudo ecclie. Seq̄tur z p̄stas nobis. vbi sacerdos remouet corporale de calice ad denotandū q̄ xp̄us emisit spm̄: z velū tēpli scissū est: z apta sunt nobis abscondita i lege mysteria. Accepta q̄ hostia dic̄. z p̄stas nobis p ipsum. s. tāq; mediatorē. z hic facit vnā crucē p totū os calicis p̄cedēdo vltra calicē. Vn̄ dicit. Et cū ipso. Et hic facit minorē crucē. s. a labio calicis ad aliud. Post h̄ dic̄. Et i ipo z hic facit adhuc minorē crucē. s. in calice. Tādē subdit: ē tibi deo pr̄i oipotēti. vbi iterū facit magnā crucē supprimū labiū calicis incipiēdo ab extremo calicis labio v̄sus se ipm̄. Deinde subinfert. i vnitate spūscti ois honor z glia z hic facit paruā crucem i pedem calicis. Est autē sensus verborum. p ipsum tanq; mediatorē cū ipso tanq; cū equali. z in ipso tanq; in cōsubstantiali. Vel hic significant̄ tres psone sctē trinitatis. vn̄ patri attribuit̄ auctoritas. vn̄ dicit p ipsū filio equalitas. ido dr̄ cum ipo spūisancto cōmunitas. ideo dicitur i ipo. Signa

vō crucis tria ꝑus facta ꝑ illa vba sctificas ⁊c. q̄ fiunt coopto calice signt tres crucifixiones ſm Tho. Nā hora tercia crucifixus est linguis iudeoꝝ clamantiū crucifige ⁊c. Hora sexta manib⁹ gentilium: vt dicit Johes. Hora nona emisit spiritū. Et quia post interuallū triū horarū xp̄s crucifixus est manib⁹ gētiliuȝ. cū milites crucifigerēt iesum. ideo iterū sacdos facit tres cruces sup calicē discooptū sup trib⁹ verbis. s. ꝑ ip̄ȝ: cū ip̄o ⁊ in ip̄o designans illā crucifixionē q̄ facta est post tres horas interpositas inter terciā ⁊ sextam. Quia vō ibi fuit diuisio corporis ⁊ aīe. iō iteꝝ facit duas cruces vt dictuȝ est. Uel ſm Guill. manitiū. tres cruces ꝑ illa vba ꝑ ip̄m ⁊c. significāt fidē cēturionis q̄ credidit vnū deū in trinitate. Due vō alie significāt duo sacramēta que fluxerūt de latere xp̄i. videlȝ aqua regeneratōis baptismi ⁊ sanguis redēptōis generis hūani. Uel signāt q̄nqȝ cruciatus xp̄i ante morteȝ tres scȝ alapas: sputa ⁊ flagella. i morte crucifixionē: ⁊ post morteȝ laterꝭ aptionē. quarta vō signt aīe a corpore sepatōeȝ. q̄nta descēsū i linbū. Seq̄tur ꝑ oīa secl'a seculorū. qđ dȝ dici alta voce. Sed an̄q̄ h̄ dicat̄ ponatur reuerēter hostia an̄ calicē in suo loco. Et tūc statim debet coopiri calix: q̄ facto. dr̄ ꝑ oīa secl'a secloꝝ. Et h̄ alta voce ad designādū q̄ christ⁹ clamans alta voce emisit spiritū. Et rn̄det̄ amē ad significādū clamorē mulierū lamentātiū dn̄m. vnde ⁊ tunc chorus lamentabiliter respondet.

Quīta ps p̄ncipalis misse.

Oremus p̄ceptis salutaribus ⁊c. Hic ponit sacramenti pceptionē. Circa quam p̄mittūtur mlte p̄patōnes. s. tā generales: vt sunt pr̄ nr̄ ⁊c. q̄ȝ speciales: vt alie orōnes. Dicit ergo. Oremus p̄ceptis salutarib⁹ moniti. Circa quod sciendū q̄ hec orō ꝑus nō dicebātur in missa. ſ; Gregori⁹ fecit eam dici: q̄ȝ non fuit dignum eam obmittere in hoc officio cum sit nostri saluatoris. Greci aūt nō per sacerdotem ſ; per se clamant eam in missa. Apud nos vō sacerdotes. Et h̄ cū magna reuerētia vsi q̄si nō p̄sumēs subito subrūpere i eā p̄mittit prefatōeȝ dicēs. Orem⁹ p̄ceptꝭ salutaribus moniti. nō simplr̄ nō nr̄a auctoritate vl' temeritate: ſ; p̄ceptis salutarib⁹ moniti. p̄ce=

ptis.s.dñi ꝛ moniti.s.magistri
nři q̄ sūt salutaria.i.ad salutē
disponentia formati.i.instru
cti intus et exterius. Et dicit
formati q̄ iformatio sigt solū
exteriorē doctrinā. Ad ondē
dū aūt ꝙ nos sum⁹ a deo for=
mati i.instructi int⁹.s.in intē
tōne.ꝛ extra.i.ī opatōe:iō di
cit.audemus dicere.q.d.exq̄
habem⁹ p̄ceptū ꝛ monitōem
de ista orone dicēda.ꝛ exq̄ il=
la oro ē ꝯposita p illū q̄ erra=
re nō p̄t iō audem⁹ cū fiducia
dicere. Dicit aūt alte.qꝛ xp̄s
palā predicauit. Uel s3 Joh
beleth.qꝛ sumpta ē de euāge
lio qđ ē predicandū supra te=
cta ꝛ etiā oī creature. Dic eti
am sacdos sol⁹ ī fine amē.sub
silētio. Cuius rō ē.qa in alijs
orōib⁹ amē exp̄mit affectu3
optantis.iō a pplo vel a de=
ro đꝛ.in hac aūt amen signat
ꝯclusionē affirmantis. vñ hic
valet tm̄.i.exaudita ē oratio
S3 ne h̄ videat presūptuose
asserere dicit amen sub silen/
tio ad euitandum ostentatio
nem ꝓpriā. Sequitur oratio
Libera nos q̄sumus dñe. vbi
petit petitionū explicatio:qꝛ
em̄ i orone tria mala petim⁹
